Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

NEGOTIATIONE CLERICORUM PROHIBITA.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

QUAM

INDULTU

Magnifici JCtorum Ordinis

In

Perantiqua Univerſitate Eberhardina

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO, U. J. D.

Cod. Novell. & Crim. Sanct. P. P. & Conſiliario Würtembergico.

Dn. Patrono ac Præceptore ſuo ætatem Devenerando,

Ad diem Februar.

In Acroaterio Juris-Conſultorum

Publicæ disquiſitioni ſubmittit

GERHARDUS MATTHÆUS PFAFFREUTER, Ratiſp.

TUBINGÆ,

Literis JOH. CONRADI EITELII,
Anno Redemptæ Sal. 1705.

Digitized by Google

Illuſtris ac Liberæ
Sacri Romano-Germanici Imperii
REIPUBLICÆ RATISPONENSIS
Optimatibus
Benigniſſimis,
VIRIS
Magnificis, Præſtrenuis, Prænobiliſſimis, Ampliſſimis ac Prudentiſſimis,
DOMINIS,
CONSULI REGENTI,
Cæterisque
Conſulari ac Senatoria Dignitate
Splendidiſſimis,
Patriæ Patribus Graviſsimis,
Patronis, Fautoribus ac Promotoribus
Suis Maximis,
In grati animi teſſeram,
Hoc qualecunque Specimen Academicum
Sacrum eſſe vult
Cliens Humillimus
GERHARDUS MATTHÆUS PFAFFREUTER, Rat.

Digitized by Google

PROOEMIUM.

EXacto ferè curſu Academico cum ex obligatione Stipendii ſpecimen quoddam edendum fuerit, præ materia, utpote quæ in ipſis rerum argumentis obtine... dum præceptum Imperatoris noſtri Juſtiniani, ... *in proœmio Inſt.* §. 3. confer. *L.* 25. *ff. d. liber. ... l.* 8 *pr. C. d. bon.* 9. *lib.*, potiſſimum digna viſa, quæ ulteri... ute... retur. Tentavi a., (Academicâ confiſus fretus... tate, quæ nemini damno, vel oneri eſſe poteſt) eam, tùm exemplo ... locorum, in hâc ipſa diſſertatione nominatorum, tùm memor. *l.* 2. §. 43. *ff. O.* 7., maximè Statui Reip. Patriæ accommodare, quod omne juriſprudentiæ Studium ad futuram Reip. utilitatem tendat. Faxit DEUS, cujus auſpiciis benè univerſa geruntur & competenter, *Nov.* 6. *in præfat. ſub fin.*, ut omnia cedant feliciter.

CAP. I.

Juſtitiam Negotiationis in genere conſiderata breviter adumbrans.

NEgotiationem aut mercaturam atro damnandam eſſe lapillo, tanquam artem quandam diteſcendi, fraudibus, mendaciis atque perjuriis obſitam atque intimè refertam, quæ non niſi ex eo vitiorum fonte naſcatur, efflor eſcat, enutriatur, atque in ultimum ſuum complementum exeat, haud pauci ſunt, qui ſuſtinent, abutentes iſto Ciceronis: *Officium mercatoris non eſſe officium apti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non boni viri, ſed verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis & callidi*: quem & *in libr.* 3. *de Rep.* de Phœnicibus conquerentem legunt, quod primi mercaturis & mercibus ſuis avaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles omnium rerum cupiditates exportaverint in Græciam; vel etiam iſto Eraſmi, *in adagis ſuis* in hæc erumpentis verba: Negotiatorum genus nil habet ſacrum præter unicum pecuniæ lucrum, cui ſe totos ceu Deo conſecrârunt: *hôc pietatem, hôc amicitiam, hôc honeſtum, hôc famam, hôc divina pariter & humana omnia metiuntur, reliqua nugæ.* vid. hâc de re pluribus Guil. Redoan. *de ſpol. Eccleſ. qu.* 2. *n.* 1. *ſeqq.* Tiraquell. *de nobil. c.* 33. *n.* 1. *ſeqq.* Petr. Gregor. Tholoſ. *in S. I. V. l.* 25. *c.* 15. *n.* 8. 9. & 10. Unde illorum ſecta facilè prodiit, qui omnia ferè commercia formidare præſumunt. Sigiſm. Scaccia, *de Commerciis*

A 2

Digitized by Google

ciis. §.*1. q. 1. n. 17.* Contrà verò non deſunt, qui negotiationis cauſam plurimisque honeſtatis, neceſſitatis & utilitatis publicæ encomiis e... gnopere exornant atque extollunt, repetentes ex ejus gremio, non ... maximarum civitatum initia, exemplo Maſſiliæ, quam condidiſſe ... ab Celtis prope Rhodanum benevolè exceptus fertur. Cæl. *Antiqu. lect. l. 16.* ... Marant. *in Spec. Aur. p. 4. d. 9. n. 56.* ſed & earundem auguſtis... incrementa. Tiraquell. *d. c 33. n. 13.* Bodin. *d. Rep. l. 3. c. 8.* Hippol. à Collib. *de increm. urb. c. 14.* ap. Dn. Præſid. *diſſ. de Propolio in proœm.* Didac. Saved. *in id. bon. Princ. Symb. pol. 68.* Unde fortè alia; priori è diametro con... ... cta ſuborta, illorum ſcil. qui omnia ferè commerciorum genera ap... p... e non dubitârunt: quorum *illos* nimia ſcrupuloſitate, *hos* verò nimiâ ... entiarum craſſitudine laborare, non malè notavit Scacc. *de commerc. d.* §. *1. q. 1. n. 17. ſeqq.* Eſt enim negotiatio aut mercatura *in & per ſe conſiderata*, res indifferens, quæ nec intrinſecè bona, nec intrinſecè mala, neque in claſſe virtutum, neque vitiorum ſimpliciter collocanda, non magis ac alii ei... modi actus phyſici atque civiles, in ſe ſpectati. Sot. *de Juſt. & Jur.* ... *qu. 2. art. 2. concl. 1.* bona tamen vel mala demum fit *ex* fine, aliisvè circumſtantiis, quæ actiones tales qualificare, & imputabilitatem ſeu moralitatem iisdem conciliare ſolent. Exinde quotiescunque in bonum honeſtum & neceſſarium finem negotiatio adornatur, veluti pro publicâ utilitate, pro conquirendis neceſſariis civitatis ſubſidiis, vel ſaltem in modum proviſionis in futuras neceſſitates, ad præcavendam arctiorem annonam, ad ſublevandos cives majoribus ſumtibus atque incommodis, ad ſubveniendum pauperibus indigentibus, ad ſuſtentationem negotiantis propriam, ejusque familiæ, nullatenus damnanda, aut pro illicitâ ac honeſtati adverſa habenda, ſed potius injungenda, omnibusque modis promovenda venit & deprædicanda. Scaccia, *d. l. n. 70. ſeqq. plur.* add. diſtinctius hæc explicans, *modò cit. diſſ. de Propol. juſtè prohib. th. 3. 4. 5. 6.* utique ſi nec in applicatione peccetur, nec ex ratione incongrui *loci*, aut *temporis* inconvenientis, aut *modi* contrahendi, aut *pretii immoderati*, vid. Frantzk. *Ex. 11. qu. 3. n. 32. ſeqq.* aut ratione *ſubjecti*, veluti ſi ſuſcipiatur ab eo, qui juſtâ ex cauſa prohibitus, de quo *in cap. ſeq.* aut *ſimili* aliquo reſpectu indecens reddatur aut vituperabilis. Quotiescunque verò negotiatio ex inſatiabili diteſcendi cupiditate inſtituitur, nonniſi conquirendi & obtinendi immoderati lucri cauſa, ſpretis & poſthabitis omnis juſti, omnis æqui bonique regulis atque legibus, perruptisque omnis Chriſtianæ charitatis ſacris, tum tanquam oppidò inhoneſta, indecora atque injuſta deteſtanda omninò eſt & reprobanda, Scacc. *d. l. n. 81.* Quod tamen

tamen non ita intellectum volumus, ut propterea illicò in vitio ponenda ſit quælibet negotiatio, lucri alicujus cauſâ, ordinata. Hoc enim negotiatoribus, de ceterò in finem honeſtum, neceſſarium vel utilem commercantibus, neutiquam invidendum aut in peccatum imputandum eſt, quippe quod juſtiſſimè expetitur in compenſationem variarum ſollicitudinum, laborum, periculorum non tantùm quoad res, ſed & perſonas, ſæpius ſubeundorum, aliorumvé damnorum, ſumtuum aut expenſarum. Bonacin. *de contract. §. 5. qu. 2. punct. 4. n. 29.* Molin. *d. Juſt. & Jur. diſp.* [illegible] *n. 8.* Scacc. *d. l. n. 73.* modò tamen illud, pro diverſitate omninò earum circumſtantiarum ita adæquatum ſit, ne juſtitiam pretii excedat, inſimulque ab aliâ aliqua cauſa ulteriori honeſtâ temperetur. Ziegl. *d. Jur. M.* [illegible] *l. 1. c. 41. n.* [illegible] nec vitii quid ſuperveniat reſpectu loci, temporis, modi contrahendi, objecti, ſubjecti, aliarumque circumſtantiarum qualificantium. vid. Frantzk. *ſupr. alleg. loc. n. 32.* in quibus quidem ſæpiſſimè ex nimio lucri ſtudio, iſtâque peccandi occaſiòne, quæ hiſce hominibus de facili ſubnaſcitur, peccatur, quod graphicè deſcripſit Ziegl. *mod. cit. loc.* ubi ita: *Quis eſt verò, qui in* [illegible] *negotiatores in profeſſione ſua quæſtuaria legem teneat? Quin quisque cupiditati potius ſuæ pareat, ut mirum non ſit, ſi in παρανομίαν facilè incidat. Ut* [illegible] *vix fieri poteſt, quin atro inficiantur, qui carbonariam incolunt, & albo, qui molendina & calcarias habitant, & quin malè oleant, qui coriariam factitant: ita qui quæſtuarias artes exercent, rem magnã præſtiterint, ſi charitatem erga proximum ſervent, & opes parent ſine juſtitiæ & æquitatis offenſione.* Attamen cum in propatulo ſit, vitium hoc eſſe perversè & ſordidè ita agentium negotiatorum, malè hoc ipſi negotiationi, aut mercaturæ imputari; quis eſt, qui diffiteri audeat? vid. Tiraquell. *d. nobil. c. 33. n. 19. per plur. alleg.* Turpis eſſe poteſt negotiatio, poteſt & honeſta eſſe, prout vel turpiter vel honeſtè exercetur, per ea, quæ egregiè commentatur Benev. Strach. *d. mercat. p. 1. n. 28. ſeqq. plur.* quamvis difficile ſit, in ipſo exercitio eam ita temperare, ne quid adhæreſcat vitii, *c. Qualitas, 2. d. pœnit. diſt. 5.* Frantzk. *d. l. n. 33.* Tholoſ. *in S. J. V. l. 47. c. 10. n. 5. in fin.* Quæ ita delibâſſe, aut remiſſivè ſaltem tractaſſe, pro ſcopo noſtro ſufficiet.

CAP. II.

Juſtitiam prohibitionis, certas perſonas à negotiationis exercitio excludentis, oſtendens.

Eſt omninò commerciorum uſus non tantùm licitus, & non inhoneſtus, *ut modò diximus*; ſed & non poſtrema ipſius Juris Gentium pars, *l. 5. ff. d. J. & J.* ſine quo ſocietas humana, multarum rerum, beneficio mercaturæ

A 3 quo-

quoque faciliùs comparandarum, indiga, commodè conſiſtere & conſervari non poteſt, per ea, quæ ex Philone, Plutarcho, Libanio & Floro ſcripſit Grot, *d. J. B. & P. l. 2. C. 2. n. 13.* unde & Juris neceſſitudinem habere, & na- [illegible] eſſe ab eo pro indigentia ſua hominem excludere. doctiſſimè [illegible] Illuſtris, dum viveret, Dn. Mevius, *in nucl. Jur. Nat. & Gent.* [illegible] *35. n. 4.* qvod & legislatio Romana imitatione ſuâ dignum non immeritò judicavit, Præſidibus Provinciarum ſollicitè hoc injungens, ne patiantur, licitâ negotiatione aliquos prohiberi, *l. 6 § 4. ff. d. Offic. Præſ.*

[illegible] autem ſocietatis, ſive humanæ, ſive civilis intereſt, libertatem commercii [illegible] unicuique ſalvam manere ac integram; ita & omninò intereſt, eam [illegible] moderari, ne in perniciem ſocietatis iſtius cedat, uti cederet omninò, ſi [illegible] tâ libertate; quam indigentiæ humanæ ſuccurrendi medium jura Gentium eſſe voluerunt, abutendi facultas cuilibet pateret, licentiâ promiſcuè indultâ eam ipſam transferendi in ſtudium impenſiùs captandi lucri, & unicè ad hoc ipſum omnes & ſingulos cives admittendi aut aſſuefaciendi; quomodo ſocietatis [illegible] Reſp. talis non abundaret niſi mercatoribus, cujus ſalus tamen potiùs ex variis hominum ordinibus, mutuo nexu ſibi invicem opitulantibus, & in communem eum finem cooperantibus, quam ex unico aliquo, nedum mercatorio ordine, primariò quærendis ſibi lucris intento, pendet. Neque enim verum civitatis intereſſe ſaltem in merâ utilitate, omniumque rerum neceſſariarum abundantia procuranda conſiſtit, ſed in ea, quæ rationem honeſtorum ſibi conjunctam habet, ita ut non niſi mutuâ ope & indiſcretâ unitate in operis ſui efficacia convaleſcant, ut eleganter monet Doctiſſ. Dn. Rechenb. *in diſſ. d. intereſſe civitatis. ſect. 1. §. 6. ſeq.* inde in Rep. benè ordinanda & gubernandâ rectiùs alii ſublimioribus, alii mediis, alii infimis deputantur ordinibus, atque alii artibus liberalibus, alii rei militari, alii artificiis, alii agriculturæ, alii mercaturæ, alii aliis vitæ generibus mancipantur, ita ut ſua cuique ſtet diſtinctorum officiorum ſeparata ratio, neminique fas ſit, alium in ſuo ordine turbare, aut quod alterius eſt, ad ſe pertrahere, cum Reip, nil tàm noxium eſſe ſoleat, quàm ordinum in eâ confuſio, teſte Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t 2. n. 37. ſeq.* copioſiùs hâc de re Marsmann. *in Miliolog. p. 2. c. 9. pag. 352.* Inde juſta prohibendi cauſa alium ab hoc, alium ab alio ordine, & in ſpecie quoque ab ordine negotiatorum eum, cui nomen ſuum illi profiteri per rationem vitæ ſuæ incongruum eſt, & ex ratione præjudicii, mercatoribus ex nimium adaucta multitudine imminentis quoque haud permiſſum, quæ prohibitionem aut excluſionem certarum perſonarum à facultate negotiationem aut mercaturam exercendi juſtam & æquam reddit, non tantum ex

ratio-

ratione Juris Civilis, *d. l. 6. §. 4. ff. de Off. Præſ.* Sed & Juris Naturalis & Gentium, laudatiſſ. Mev. *in N. J. N. & G. inſpect. 5. §. 43.* [illegible] Ziegl. *d. J. Maj. d. l. 1. c. 41. §. 8.* tantùm abeſt, ut hujusmodi prohibitio libertatem commerciorum oppugnare aut evertere, eoque ipſo in Jura Gentium incurrere rectè judicetur. Libertas etenim commerciorum non æſtimanda, ſi præciſè ex negotiatione iſtâ lucrativa ejusq; liberiori ſine reſtrictione exercitio, ſed potiùs ex negotiatione iſta œconomicâ, quâ indigentiæ ... ſuccurritur, & ſocialium communicatio uti jure appetitur, ita & imperturbata relinquitur; *illius* moderatio & ad ſuum ordinem reſtrictio *hujus* commoda & neceſſarium uſum minimè tollit: Optimè iterum Mev. *ad J. L. l. 3. t. 6. art. 12. & ibid. add. 2. per tot.* Non eſt itaque dubitandum, quin juri commerciorum in exercitio modus aliquis poni, aut à negotiandi licentia quidam juſtè prohiberi poſſint, tùm *in genere* ex cauſa *publicæ utilitatis*, cui privatorum commoda meritò poſtponuntur, *per l. 11. pr. ff. d. Evict. l. 13. §. 1. ff. d. rei vind. l. 13. §. 1. ff. comm. præd.* Carpzov. *l. 1. Reſp. 43. n. 20. ſeqq.* tùm ex ratione *convenientiæ ordinis*, quæ à cujuslibet ſtatu & conditione pendet. Unde juſta excluſio aut prohibitio eſt in nonnullis dignitatem, in quâ conſtituti, ſive Politicam, ſive Eccleſiaſticam, ne eam merent, in nonnullis ob rationem publicorum officiorum, aut ſemel electi vitæ generis, ne in iis negligentius verſentur, mercaturam tamen minùs commodè exercendo, aliis ſuum præripiant. Ziegl. *d. Jur. Maj. l. 1. c. 41 §. 8.* Latè & eleganter B. Dn. Henric. Michaelis *in Reſp. Chilon. 23. per tot.*

His ex cauſis rectiùs aſpernantur lucrum ex mercaturâ in æraria ſua redigendum (1.) **Reges ac Principes**, quippe quorùm eminentiſſimæ omnium ſorti & Majeſtati convenit gloriæ, non lucri, fames, ex judicio verè Regio glorioſiſſimi iſtius Perſarum Domitoris Alexandri Magni, Parmenionem, conſilio ſuo ad ingentes ex captivorum redemtione corradendas opes incitantem, non leviter indignabundis his verbis increpantis: *Et ego pecuniam quàm gloriam mallem, ſi Parmenio eſſem: nunc Alexander de paupertate ſecurus ſum, &* **me non mercatorem memini eſſe ſed Regem.** ap. Q. Curt. *l. 4. c. 11.* Et quidni abſtineret integri Regni aut Imperii Dominus à lucellis iſtis, fortunæ negotiatorum privatæ non invidendis? Quam in rem jure optimo maximo laudatur Imperatoris Theodoſii effatum: *Cum me Deus Imperatorem deſignârit, tu me nauclerum facere contendis. Scito autem, mercaturam privatis hominibus eſſe attributam, ut eâ tolerandæ vitæ occaſionem habeant. Quod ſi nos præter Imperii opes etiam mercaturæ emolumenta interceperimus, undenam fortunæ tenuioris homines victum comparabunt?*

bunt? H[illegible] ann. Lather. *d. cenſ. l. 3. c. 13. n. 20, ſeq.* & ex Zonara *Annal. t[illegible]* [illegible] old. *d. ærar. publ. c. 3 §. 6.*

[illegible] Quod ſi verò mercaturam exerceant, non cupiditate lucri ſibi quærendi, [illegible] ciſuis præripiendi; ſed publicæ utilitatis ergo, pro incrementis R[illegible], ejusque florentiori ſtatu promovendo, pro ſubditis ſuo exemplo ad [illegible]ones honeſtas & utiles excitandis, ad eos hoc medio oneribus ſuble[illegible] [illegible] in rebus anguſtis eos rodere & nimium prægravare teneatur. [illegible] egl. *d. Jur. Maj. l. 1. c. 41. §. 9.* Quò pertinet illud Bodini *de Rep. l. 6. c[illegible]* [illegible] *ur ergò, dicet aliquis, nullum tu decus in eo genere, cogendarum pecun[illegible] impoſuiſti? Ego verò, ſi ſtatuendum mihi ſit,* **Principem merca[illegible] [illegible]n nolo: ſi optio detur, mercatorem malo, quàm tyran[illegible] [illegible], & Patricios Viros negotiari, quàm prædari.** Ubi itidem [illegible] laudem imputat pluribus Regibus, Principibus & Rebuspubl beneficio [illegible]caturæ publicum egregium potentiſſimè promoviſſe. v. B. Dn. Lauterb. *d. Jur. in Cur. Mercat. uſ. th. 33*, plurima exempla ex aliis adducens. Tiraqu. *[illegible]obil. c. 33. n. 17.* Savedr. *Symb. Pol. 68. §. Atque hæc maris &c.* Beſold. *d. l.* mercaturam à Principibus laudabiliter exercendam variis limitationibus [illegible]ue cautionibus prudentiùs circumſcribit, atque temperat; tum verò laudem potius merentur officii ſui rectius curati & adminiſtrati

(2.) **Illuſtres ac Nobiles,** qui quomodo, quibus ex rationibus, & quatenus à negotiationibus juſtè arceantur, nec ne, cum ſufficientiſſimè id examinaverit Dn. Ziegl. *d. l. §. 10. ſeqq.* Nolden. *d. ſtat. Nobil. civ. c. 22. §. 2. & ibid. alleg. Dd.*, ſufficiat ad hos remiſiſſe.

(3.) **Doctores & Profeſſores,** *aliique literatorum ordini adſcripti.* Nulla quidem extat, ſive in Jure noſtro Romano, ſ. Canonico legiſlatio prohibitiva, directò eos excludens; honoratioris tamen hujus dignitatis, & præeminentiæ, liberalium artium diligentiùs excolendarum, ordinumque à confuſione, quàm optimè fieri poteſt, præſervandorum ratio cum exercitio mercaturæ, ex profeſſo colendæ, & quæſtuariis illis utplurimum, quæ adhærere ſolent, ſordibus compatibilis eſt vel minimè. Perez. *in l. un. C. negot. ne mil. n. 7*, & literarum potiùs, quàm rerum venalium commercium exercere convenientius eis eſſe, rectè annotat B. Dn. Lauterb. *d. diſſert. th. 34.* Unde etiam Philippus, Landgravius Haſſiæ, negotiationis exercitium membris Univerſitatis Marpurgenſis diſertè prohibuit, teſte Limn. *d. Jur. Publ. l. 8. c. 3. n. 44.*

Uti & Legiſlatores noſtri in Imperio R. G. **Cameralibus** idem illud interdicere haud neglexerunt, *R. J. noviſſ.* §. Hingegen aber/ *141. in fin. ibi:*

Bene

Beneben gleichwol Sie/die Caſſier- Gerichts-Verwandte ſich auch keiner **Wirthſchafft** oder **Kauffmanſchafft** gebrauchen ſollen. Honeſtam tamen quandam negotiationem, & lucellum aliquod inde quæſitum, quo utcunque ſibi, ſuisque liberis, & familiæ conſulere poſſint, invidendum iis nullatenus eſſe, maximè ubi & à præſtationum publicarum ſarcinis poſſeſſiones & prædia eorundem immunia non relinquuntur, optimè ſtatuminavit *d. l. §. 20.* quemadmodum & quamplurima exempla ſapientiſſimorum & exercitatiſſimorum virorum, qui mercaturam ſectati ſunt, refert Tholoſ. *in S. J. V. l. 47. c. 10. n. 7.* Tiraq. *d. nobil. c. 33. n. 15. ſeqq.* Robert. Maranta *Spec. Aur. p. 4. d. 9 n. 56.*

(4.) **Milites Sagati**, ſ. armatæ militiæ: *l. un. C. Negot. ne mil. l. 5. C. d. re milit.* Tholoſ. *d. Rep. l. 3. c. 6. n. 48.* Mev. *P. 3. D. 184.* Armis enim, non privatis negotiis occupari debent, *l. 31. C. loc. cond.* vid. Strach. *d. mercat. p. 3. n. 11 ſeqq.* Bald. Salicet. *ad d. l. un.* B. Dn. Lauterb. *d. diſſert. th.*

Prohibentur (5.) à mercatura lucrativa, ex profeſſo exercenda **Ruſtici**, *l. 2. ff. d nund. vid.* Goswin. ab Esb. *ad Carpz. p. 2. c. 6. d. 5.* ubi vulgatum illud; *ubi ruſticus eſt arator, Parochus orator, civis mercator, Nobilis bellator; ibi DEUS eſt fundator.*

Opifices, argum. eorum, quæ ſcribit Berlich. *d. 26. num. 1. ſeqq.*

Aliique, de quibus tamen, quia ſcopus hujus elaborationis eò non fertur, pluribus agere ſuperſedemus, contenti, aliquibus exemplis juſtitiam prohibendi nonnullos, eosque potiores, demonſtraſſe: inprimis verò cum & **Clerici** abſtinere à tali negotiatione Juribus noſtris jubeantur, in hujus prohibitionis juſtitiam pluribus nunc inquiremus.

CAP. III.

Iuſtitiam prohibitionis, Clericos in ſpecie à negotiatione removentis, repræſentans.

TRalatitii, & inter Canoniſtas maximè recepti juris regula eſt: **Clericis nefas eſſe, negotiatores aut mercatores agere.** Prohibitum hoc legitur *c. Fornicari, 10. diſt. 88.* ibi: *Fornicari omnibus ſemper non licet,* i.e. nulli & nunquam licet; *negotiari verò aliquando licet, aliquando non licet.* **Antequam enim Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari: facto jam non licet.** *c. Negotiatorem, 9. d. diſt. 88.* ibi: *Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. c. Clerici. 1. caus. 14. qu. 4.* ibi: *Clerici aut ab indignis quæſtibus noverint abſtinendum,* **& ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupidita-**

te ceſſandum, *aut in quocunque gradu ſint poſiti*, ſi ceſſare noluerint, mox à Clericalibus officiis abſtinere cogantur. *c. canonum, 3. cauſ. 14. q. 4.* ibi: *Canonum ſtatutis firmatum eſt, ut quicunque in Clero eſſe voluerit, emendi* vilius, vel vendendi cariùs ſtudio non utatur, *quod* ſi voluerit exercere, cohibeatur à Clero. *c. Secundum, ult. Ne Cler. vel Mon. ſec. neg.* ibi: *Secundum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub in[com]minatione anathemat. prohibemus*, ne Monachi vel Clerici cauſa lucri, negotientur, &c. *Clem. 1. d. vit. & hon. Cler. c. Ex literis, 16. x. d. vit. & hon. Cler.* aliisque adhucdùm Juris Canonici textibus; non minùs & veterum Conciliorum decretis & Pontificum epiſtolis, aliorumque Eccleſiæ Patrum reſponſis; inter quæ valde conſpicuum eſt pronunciatum Concilii Eliberini, ibi: *Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi de locis ſuis, negotiandi cauſa, ne diſcedant, nec Provincias circumeuntes quæſtuoſas nundinas ſectentur, ad victum ſibi conquerendum filium, libertum, mercenarium, amicum, aut quemlibet alium mittant.* vid. Dn. Ziegler. *d. Jur. Maj. l. 1. c. 41. §. 15.* qui & ad Concilium Cabilonenſe, & Aurelianenſe: ut & Dn. Linck. *de Cler. Artif. & Negot. c. 5. n. 24.* qui inſuper ad Concilium Arelatenſe & Nicænum hàc in re provocat.

Nec deſunt modernæ Ordinationes Eccleſiaſticæ non tantùm Pontificiorum, ſed & Evangelicorum, præmemoratis Juribus prohibitivis oppidò ſe conformantes: veluti hanc in rem proſtat Ord. Elect. Sax. *art. gen. 16.* §. Es ſollen auch die Pfarrer ſich aller unehrlichen Handthierungen / wie auch deß Wein- und Bierſchenckens / Kauffmanſchafften / Verkauffs auff Wucher / und dergleichen Händel gäntzlich enthalten: apud Carpz. *Jurispr. Conſiſt. l. 1. def. 65. n. 1.* Et Duc. Sax. Gothan. *c. 3. §. 8.* ibi: Auch aller Handthierung / wie auch deß öffentlichen gemeinen Wein- und Bierſchenckens. &c. **Verkauffs auff Wucher und der Kauffmannſchafft ſich gäntzlich enthalten.** Linck. *d. l. c. ult. n. 4.* Cynoſ. Eccleſ. Würtenb. *pag. 243.* ibi: Sollen ſich ungebührender Handthierungen / und nicht unterm Schein und Vorwand der Dürfftigkeit einen unziemlichen Gewinn mit ihrer ſelbſt und deß Miniſterii Verachtung / auch der gemeinen Aergernuß ſuchen. Ord. Conſiſt. March. *tit. 11.* §. Die Pfarrer ſollen auch nicht Wucherer / geitzig / noch keine Krämer / Händler oder Bierſchencker ſeyn. B. Dn. Brunn. *de Jur. Eccleſ. l. 2, c. 6. m. 10. n. 6.* Et quamvis alibi, extra Imperium noſtrum R. G. Clericis mercatura ſimpliciter interdicta non ſit, quemadmodum de Gallia, *ex Molina & Rebuffo*, & de Hiſpania, *ex Cod. L. L. Hiſpan.* teſtatur B. Dn.

Lau-

Digitized by Google

Lauterb. *d. Jur. in Cur. Merc. uſ. th 36.* uti & de Jure noſtro Civili idem ſentit *d. l.* de quo pluribus Ziegl. *d. l. §. 17. ſeqq.* ubi textus Juris noſtri Romani, contrarium ſuadentes, explicare ſatagit. Attamen cum Jure Canonico concordare communiorem obſervantiam communis & univerſi Imperii, ſive Ejusdem Statuum, non tantùm ex præmiſſis patet, ſed & ulterius firmatur exemplo juris braxandi, & divendendi cereviſiam ab Elect. Principibus & Statibus tùm Eccleſiaſticis, tùm Politicis, in eorum territorio Clericorum Ordini denegati & prohibiti, teſte experientia, rerum magiſtra, in Circulo Bavarico, Saxonico, Neoburgico, & Franconico, ut & Liberis Civitatibus Imperialibus hinc inde. Cujus notabile exemplum in ipſa patria, *Ratisbona*, occurrit; ubi Laurentius, Sedis Apoſtolicæ Legatus in Germania, in Reformatione & Ordinatione Summi Pontificis, Anno 152[illegible] emendata non tantùm tale braxandæ & divendendæ cereviſiæ, ſed & omnis generis mercaturæ exercitium Clericis indiſtinctè & ſimpliciter ſeverè interdicit, §. ferner ſollen. ibi: Hierauff ſoll keinem Geiſtlichen gebühren / wider ſein Ertz-Stiffts und Biſthums Statut in ſeinem Hauß einig Taferen zu halten / noch denen Layen keinen offenen Zugang von trinckens wegen darinn zu laſſen / &c. deßgl. ſollen Sie ſich von Kauffmanſchafften / und derſelben Gewerben und Handthierungen auch enthalten. Accedunt & authoritates & veterum & recentiorum Doctorum, communiori ſuo ſuffragio hanc prohibitivi Juris regulam excipientes & comprobantes. Laurent. de Rodulph. *de Uſuris. qu. 43. n. 8.* Federic. Petruc. de Senis, *conſ. 207. n. 3.* Petr. Antibol. *d. muner. part. princ. 3. n. 112.* Joh. Bertachin. de Firmo, *tr. d. gabell. p. 3. qu. 2.* Benev. Stratch. *d. mercat. p. 3. n. 4.* Raymund. P. Fichard. *commun. opin.* ex Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. collectar. lit. C. op. 39.* ubi ex Alex. Nev. *conſ. 60. n. 4.* teſtatur, DD. hoc communiter firmare. Nic. Mozz. *tr. d. contract. tit. d. perſonis, quæ poſſ. em. n. 40.* Molin. *d. J. & J. diſp. 342. n. 1.* Farinac. *Fragment. Crimin. p. 1. lit. C. n. 147. ſeqq.* ubi, quod communiter omnes Canoniſtæ hoc notent. Cardin. Tuſch. *lit. C. concl. 381.* Fagundez, *d. J. & J. lib. 6. c. 11. n. 2.* Frid. Balduin. *d. caſ. conſc. l. 4. c. 3. caſ. 7. n. 2.* Arn. Corvin. *in J. Can. l. 1. t. 27. aph. 5.* Carpzov. Ziegler. Linck. Brunnem. Stryk. *dd. ll.*

Antequam verò in rationem prohibitivi hujus juris inquiramus, neceſſe omninò eſt pro dilucidiori intellectu propoſitæ regulæ terminos, ſubjectum ſcil. & prædicatum evolvere, & brevibus ſaltem explicare, quinam ſint **Clerici**, quos jura, Canonum maximè, à negotiationibus prohibitos eſſe volunt? & quid hîc ſit **negotiari** aut **mercatorem agere**.

Digitized by Google

Dicuntur autem & intelliguntur hic Clerici *in ſenſu ſtricto, & Canonum proprio*, quo Clerici appellitantur perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ ſacris obeundis, miniſteriis, cultuique divino peragendo certâ quâd. inauguratione ritè conſecratæ ſunt & mancipatæ, eôque ipſo contradiſtinctæ *Laicis*, qui functionibus Eccleſiaſticis nec deſtinati, nec addicti, nec religionis voto adſtricti, temporalibus vacare liberè poſſunt. *c. Clericus, 5. c. duo ſunt genera, 7. cauſ. 12. quæſt. 1.* Non verò in ſenſu vocis *generaliori*, quo Clerici audiunt omnes, qui Chriſtiani nominis ſunt, & qualiacunque Chriſtianæ Eccleſiæ membra, ſive ſint *Doctores & Præſules Eccleſiæ*, qui communiter miniſtri Dei & Eccleſiæ appellantur: ſive *Auditores & Laici*, ab illis erudiendi & formandi, tanquam quos omnes uno iſto Eccleſiæ nomine ſibi quaſi in ſortem & patrimonium quoddam ſelegit dominus, *1. Petr. 5. vers. 3. Deut. 9. vers. ult. & c. 8. verſ. 2.* Panormit. *in rubr. d. vit. & hon. Cler. n. 4.* Petr. Greg. Tholoſ. *in part. Jur. Can. l. 2. t. 9. c. 1. ſeqq.* quorum hi *confeſſione* tantùm, illi v. & *confeſſione, & profeſſione* Eccleſiaſtici ſunt, i. e. ſacris initiati Eccleſiæ Chriſti operam ſuam vitamque omnem ex profeſſo addixerunt, propriè ob id Clerici dicti: uti hoc rectius explicat Henric. Gebhard. aliàs Weſner. *d. poteſt. ſ. regim. Eccleſ.* ap. Ahaſv. Fritſch. *in Jur. Eccleſ. §. 10. n. 69.* Gisbert. Voët. *d. polit. Eccl. part. 2. pag. 2.* Matth. Steph. *in Inſt. Jur. Can l. 1. c. 2. n. 8. ſeqq.* & ibid. Ziegl. *in not.* Idiomate noſtro vocantur, die Geiſtliche/ Geiſtlichkeit. Et quamvis aliàs eam quæſtionem: an in materia aut conſtitutione quâdam, ubi de Clericis tractatur, ſub Clericorum appellatione omnes Eccleſiaſtici, adeoque Epiſcopi & Prælati, Canonici & Regulares intelligi debeant? Canoniſtæ eo in caſu, ubi ex ſubjecta materia, aliisve circumſtantiis de mente diſponentis conſtare non poteſt, ſed ubi in dubio verſamur, cum diſtinctione inter res *favorabiles & odioſas* expediant, ſtatuentes in materia *favorabili*, veluti in materia privilegiorum, aut immunitatum à tributis, aliisve oneribus, Clericis conceſſarum hâc Clericorum deſignatione omnes Eccleſiaſticos intelligi, cujuscunque Ordinis ſeu Dignitatis, ubi obtinet, quod vulgò dicitur: Epiſcopus eſt, ergò Clericus. Panormit. *de vit. & hon. Cler. d. l.* In materia verò *odioſâ* tantùm inferiores Clericos. arg. *c. odia, 15. d. reg. J. in 6.* Unde cenſura etiam contra Eccleſiaſticos lata, Epiſcopos ligare non cenſetur, niſi ſpecialis eorum mentio fiat, *c. quia periculum, 4. d. ſent. excomm. in 6. c. in fidei favorem, d. hæret. in 6.* & interdicto in Clerum lato haud judicantur comprehenſi Religioſi, niſi aut verba aut cauſa interdicti aliud innuant, ex Sylveſt. *voc. Interdictum. n. 17.* & Armilla, *voc. ead. n. 10.* Engel. *in Colleg. Un. Jur. Can. l. 3. t. 1. n. 2.* Nihilominus tamen, cum ea, quæ

in

Digitized by Google

n titulo *de Vitâ & Honeſtate Clericorum*, & ſimilibus aliis dicuntur & ordi-
nantur, ſtringant & obligent non tantùm inferiores Clericos, ſed & quos-
libet alios, etiam Epiſcopos & in aliâ dignitate conſtitutos, quemlibet ſuo
modo, & ſervatâ ad dignitatis gradum proportione, idque ex [illegible] ratio-
ne, ut qui aliis præeſſe & prælucere debeant, ipſi ſint irreprehen[illegible]
omnibus ſe ipſos præbeant exemplum bonorum operum, [illegible]
Apoſtolo Paulo, *1. ad Tim. 3. & ad Tit. 1.* ne, ex judicio [illegible]
Seſſ. 24. d. Reform. c. 1. totius familiæ domini ſtatus & ordo [illegible]
ſ quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Engel. [illegible]

His conſequenter nulli dubitamus, hanc Juris prohibitionem [illegible] Cle-
rici in genere & indefinitè à negotiationibus, & commerciorum [illegible]
exercitio removentur, ad omnes omninò etiam in ſuperiori dig[illegible] conſti-
tutos referre, iisque ipſis accommodare. vid. Andr. Vallens. *in par.* [illegible]
Can. l. 3. t. 1. n. 5. & plur. ſeqq. & omninò Linck. *diſſ. d. Cler.* [illegible]
gat. c. 1. n. 9. & plur. ſeqq. ubi operosè ſatis demonſtravit, quinam ſint, qui
Clericorum nomine veniant, & quos prohibitio *Clem. 1. d. vit. & hon. Cler.*
tangat, quam Canoniſtarum communi judicio tàm latè extendi & accipi
debere, *ibid. n. 34.* annotat, ut ſub ea quoque comprehendantur & ſubintel-
ligantur Clerici etiam exemti, ſive illi, qui à jurisdictione Epiſcoporum li-
berati, Pontifici immediatè ſubjecti ſunt. Wagnereck. *ad d. Clem.*

Negotiari v. aut *mercaturam exercere* hic dicuntur omnes illi, qui res
ſibi comparant, ut illas ipſas integras & quà formam ſuam non mutatas re-
vendendo, aliisque modis diſtrahendo lucrifaciant, aut quâcunque alia com-
mercantibus familiari ratione, quæſtui faciendo principaliter intentos ſe præ-
bent atque invigilant. *c. Ejiciens, 11. vers. Quicunque. diſt. 88.* Federic. Pe-
truc. de Senis, *Conſ. 207. n. 2.* idq; non unâ alterave vice, ſed crebris aut frequen-
ter repetitis actibus, ex quibus demum habitus induci ſolet, Marant. *in Spec.*
p. 4. diſt. 9. n. 69. Menoch. *d. A. J. Q. l. 2. cent. 4. caſ. 309.* Beneven. Strach.
tr. d. mercat. part. 1. n. 6. ſeqq. ubi quod omnium ferè Jurium Interpretum
hæc ſit ſententia Card. Tuſch. *Pract. Jur. Concl. lit. M. concl. 209. n. 1.* ubi,
quod ſtatutum puniens conducentem vinum ex cauſa mercantiæ, non ha-
beat locum in eo, qui ſemel, unicâ vice conduxit modicum vinum ad ven-
dendum, *funct. num. 10* ubi, quod nomina verbalia, ſignificantia officium,
ſ. exercitium, ſ. artem licitam & non prohibitam, non verificentur ex unico
actu, prout in mercatore, ſutore, & ſimilibus; ſed requiratur continuatum
exercitium per plures actus, & quidem ex profeſſo lucri illius, ſ. quæſtus au-
cupandi gratia, adeò ut huic, tanquam fini ultimo laborum ſuorum inhient,

B 5 omni-

omnibusque modis invigilent, quod ... eſt mercatorum: Thom. Aquin. *Comp Theol. p. 2, q. 7. a. 4.* Strach. *d. tr. p. 3. n. 5.* & ita negotiationem eam, quam lucrativam ſeu quæſtuariam dicimus, exerceant, quæ Clericis omninò prohibita, Marant. *d. l. n. 58.* Ziegler. *d. Jur. Maj. l. 1. c. 41. §. 17. ſeqq.* Et utut aliàs *negotiator* à *mercatore* differat, ſtrictè loquendo ut ... anguſtiore, ita ut omnis quidem Mercator Negotiator dici queat, ... omnis Negotiator Mercator, Card. Tuſch. *d. concl. 206. n. 8.* Cum ... omni genere lucri vitam ſuam toleret, ſive emendo, vendendo, permutando, ſive ... ando, conducendo, ſive quocunque alio quæſtus exercendi & lucr... iendi modo. *Ille* v. ſaltem occupatus ſit circa merces comparandas, ... iterum vendendo, aut permutando non mutatâ quidem forma diſtra... *c. Quoniam, 12. diſt. 88. c. Foras. 10. verſ. Negotium, ... d. V. S. l. 6. ...* §. & ibid. Gœdd. Scacc. *d. Commerc. §. 1. q. 1. n. 6. ſeqq. & n. 10. ſeq.* Attamen in hoc juris paſſu promiſcuè accipi verbum *Negotiari* & *Mercari*, Negotiationem aut Mercaturam exercere, Negotiatorem aut Mercatorem agere, expeditum cenſemus, per collationem textuum Juris noſtri Canonici, inprimis *text. in c. 9. c. 10. cum c. 11. & ſeq. diſt. 88.* ubi promiſcuè repetitisque quidem vicibus, accipiuntur Negotiatores & Mercatores; quod & identitas rationis in exercitio actuum apud utroſque ita urget, & uſus loquentium, ſ. mos loquendi, etiam noſtrô idiomate, quo pro ſynonymis ferè ubique habentur & venditantur, Handlung treiben / Kauffmanſchafft treiben; ein Handelsmann / ein Kauffmann / firmat. vid. congeſta ap. Redoan. *d. Spol. Ecclеſ. qu. 2. n. 52. ſeqq.* Strach. *d. mercat. p. 1. n. 5. in pr. & fin.* Scacc. *d. l. n. 9. & 12.*

Breviter ita factâ explicatione aut delineatione illius Juris Regulæ, quæ Clericis negotiationem interdicit, nunc inquirendum nobis erit in cauſas hujus prohibitionis juſtificas, quæ variæ reddi poſſent, liceat autem eaſdem ad ſequentia capita referre.

Alia nempe deſumitur ex capite *indecentiæ ratione ſtatûs, conditionis & dignitatis Clericalis*, quæ ſanè non parùm dehoneſtatur, quando qui in eâ conſtituti, eôque ipſo non niſi Sacratiſſimi Numinis miniſterio conſecrati, huic ipſi & curæ animarum ad ſalutem æternam informandarum & reducendarum penitus omnique Zelo invigilare debent, illi vitæ generi juxtà ſe implicant aut immiſcent, quod totum occupatum eſt in aucupio lucri terreni, non tantùm nonniſi multis curis atque laboribus, ſed & vix ac ne vix quidem ſine labe peccatorum, negotiatores utplurimum quæ comitari aut obſidere ſolent, v. Scacc. *d. tr. §. 1. qu. 1. n. 76 ſeqq.* conquirendi, quod

Eccle-

Eccleſiæ miniſtro aut Clerico multo abjectius videri & eſſe debet, quàm ut cultui Divino peragendo ad latus ponatur, parique gradu pertractetur, adeòque invicem conjungantur & implicentur, quæ toto cœlo à ſe diſtare rectiſſimè perhibentur, & in uno eodemque ſubjecto planè incompatibilia ſunt, ut ex *l. 15. Cod. Theodos. d. Epiſc. Eccl. & Cler. & l. 16. C. d. luſtral. collat.* quod diſtincta eſſe debeant ſtipendia religionis & calliditatis, non minus ex *c. 2. diſt. 88.* ubi hæc prohibitionis redditur ratio, quia domus Dei domus orationis & eſſe debet & dici, ne per officia negotiationis potius [illegible] ſpelunca, hoc ipſum corroborare non dubitat Ziegl. *d. jur. Maj. l.* [illegible] *§. 17.* Pro quo, ulterius ſtabiliendo, non minus adducere licet, & hic n[illegible] quadrans effatum Salvatoris noſtri *ap. Matth. 6. verſ. 24.* Non pot[illegible] igni-entis, Deo ſervire & Mammonæ, h. e. divitiis corradendis & colligendis, Luc. Oſiandr. *in Paraphr. ibid.* & monitum Apoſtolorum, *Act. c. 6. verſ. 2.* ſponte ſuâ agnoſcentium, æquum aut conveniens non eſſe, ut verbum Dei derelinquant, & miniſtrent menſis, i. e. curæ œconomicæ totos ſe tradant. Oſiandr. *ibid.* quod multo magis de negotiatione, difficillimè ſine iniquitatis ſtipendiis exercendâ verum erit, cum Clericos deceat abſtinere non ſolùm à malo *per ſe tali*, ſed & ab omni eo, *quod ſpeciem mali habet*, veluti eſt negotiationis exercitium, per ea quæ diſſerit Scacc. *d. tr. §. 1. q. 7. part. 2. ampl. 11. n. 7.* Concordat, quod ſcribit Tholoſ. *d. Rep. l. 4. c. 7. n. 10.* Honeſtum non eſt, aut conveniens religioni Catholicæ, videre Clericos, maximè in ſacris Ordinibus conſtitutos, lucris negotiationum intentos eſſe, quibus & ſacri Canones interdixerunt. Et proinde ſecularis Reip. Rector aut Princeps, ſi in hâc parte viderit negligentes eſſe in emendando Prælatos, illos admonebit, ut ſuo munere fungantur, cum Clerici aut Monachi ſe negotiis ſecularibus miſcere non debeant: Et *l. 13. c. 16. n. 3.* graviter in eos invehit his verbis: Sacri canones non tàm favent opibus Eccleſiarum, ut velint occaſione illarum deformari ſtatum religionis, ſi per illas diſciplina labitur & ſcandalum in populo & in aliis Eccleſiis oriri poſſit, *per c. ſuggeſtum. 7. X. d. decim.* Et certè, ſi velimus, quod eſt, fateri, procul dubio illud dicemus veriſſimum, divitias monaſteriorum retentas, & non diſpenſatas pauperibus alicubi effeciſſe, ut ibidem religio & cultus divinus diminutionem, ne dicam, pejus, acceperint. Etenim divitiæ in cauſa ſunt, cur ſeculares ambiant præpoſituras, ſive in commendam, vel coadjutori um, vel alio modo, nihil intereſt: adepti autem ſtatim, quanti locari poſſint fructus, quantumvè percipere, ineant rationem, ut extra importatis, ut dicunt, fruantur. Interim monachi ſine capite, prioribus clauſtralibus incipiunt obſidere, portiones par-

partiri, [illegible] libero agere, ſeorſum partem, veſtiarium, pecuniam, præbendam accipere, in his negotiari, & ſecularium more vivere, & à regulâ ſe ſeparare, ut certè in plurimis monaſteriis, ſi Patres, qui Ordinis Sacri fuerunt fundatores [illegible] in [illegible] m reſtituerentur, vix, imò nullum veſtigium ſuæ diſciplinæ, nec [illegible] n inane nomen agnoſcere poſſent. Hæc Tholoſanus.

Ratio *alia* deduci meretur ex capite *damni, Eccleſiæ imminentis ex diſturbio negotiationum*, Clericos quoque occupantium. Hæ ipſæ enim dum ſine [illegible] curis, vigiliis, periculis atque laboribus animos mercatorum mirum [illegible] rum, [illegible] ubi ſunt, diſtringentibus, noctuque diuque in alia atque al[illegible] tibus, feliciter expediri prorſus nequeunt, impedimento erunt vel [illegible] lericis, ne Clericali ſuo officio rectè, eâque quâ decet fidelitate & ſolicitudine ſummâ defungantur, *c. ex literis. 16. x. d. vit. & hon. Cler. c. per Venit. fin. diſt. 89.* Toties quoties enim inde interpellati, earundemq; ſarcinâ preſſi atque defatigati Clerici mercatores, quî poterunt condigne & quietè [illegible] is, piis vacare meditationibus? Quî poterunt cultui divino peragendo, eâ, quâ decet & opus eſt, dexteritate & pietate intenti, penitusque eſſe devoti? Quî poterunt totum omninò hominem requirenti curæ animarum tantâ cum ſolertiâ & fidelitate invigilare, ne harum aliquam vel hâc ſua culpa perdant, exemplo ſibi non tantùm in perpetuos conſcientiæ morſus æternæque damnationis periculum, ſed & Eccleſiæ, jacturam aliam ex aliâ deplorandum in modum ſentienti, quàm maximè pernitioſo. Pro quo inprimis avertendo Jura noſtra providentiſſimè caverunt, interdictione in genere facta, ne Clerici ſecularibus ſe immiſceant rebus atque negotiis. *rubr. & tot. tit. x. Ne Cler. vel Mon. ſec. neg. ſe immiſc. C. Clerici, 15. & ſeq. x. d. vit. & hon. Cler. Nov. 123. c. 6.* ubi ipſe Imperator Juſtinianus hanc reddit rationem; ne ſcil. occaſione ſecularium iſtorum negotiorum ſanctis domibus damnum fiat, & ſacra miniſteria impediantur, quod & Apoſtolus *Ep. 2. ad Timoth. 2. verſ. 4* ſeriò inculcare voluit, ibi; *nemo militans implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, qui ipſum probavit*; inprimis v. ne ſe implicet negotiis quæſtuariis, *d. c. pervenit, f. diſt. 86. & ſupra. 3. add. textt*, quod & Salvator noſter facto ipſo graviter prohibuit, qui ementes ac vendentes ex atrio templi binis vicibus expulſſe legitur, *Joh. 2. v. 15. Luc, 15. verſ. 45.* Carpz. *Juriſpr. Conſ. l. 1. t. 3. d. 65. n. 4. ſeqq.* Coincidit, quod cautùm legitur *in Ord. Conſiſt. March. tit. 11.* Die Pfarrherrn ſollen auch nicht Wucherer/ geitzig/ noch keine Krämer/ Händler/ oder keine Bierſchencker ſeyn/ ſintemal ein Geitziger/ oder Händler/ weil er die Gedancken auffs Gut zu vermehren hat/ ſeines Studirens und predigens mit

Recht

Digitized by Google

Ernſt und Fleiß nicht warten kan ꝛc. ap. Brunnem. *in Jur. Eccl. l. 2. c. 6. membr. 10 §. 6.* Reperi poteſt & alia ratio *ex capite juſtitiæ* tum in ordine *ad ea Civitatis commembra, quæ mercaturæ nomen dederunt*, eamque ex profeſſo ſectantur, quibus, quæ jure ſpeciali ac proprio debentur ex [illegible] commoniis aut negotiationibus alimenta aut emolumenta, iniquè à Clericis [illegible] præoccupantur, quod in Jura Naturalia juxtà & Civilia, & in ſpecie [illegible] ceptum illud, quod ſuum cuique tribuendum injungit, oppidò incurrit; [illegible] eſt, quod Imperatores Honorius & Theodoſius intendunt, dum *in l. 3. C. commerc. & merc.* nobiliores & honorum luce conſpicuos à [illegible] abſtinere jubent, ex ratione, ut inter plebejos & negotiatores fac[illegible] emendi vendendique commercium: quod & Clerici negotiatione [illegible] impedinnt, dum eo modo ſibi tribuunt, aut in ſuos derivant, quod aliorum [illegible], & ex aliena jacturâ ſuas utilitates augere ſatagunt, quod in his ipſis multò magis ác in omnibus aliis nefandum atque illicitum haberi debet, *l. 17. §. 4. ff. d. inſtit. act. l. 14. ff. d. cond. ind. l. 13. §. 7. ff. d. injur.* Latè & venuſtè hanc in rem differit Dn. Henr. Michael. *Reſp. 23. ferè per tot.*

Tùm in ordine *ad ipſam Remp. aut Civitatem*, cujus felicitatem non parùm turbat ordinum in ea confuſio, quam & Clerici negotiari properantes, eôque in ipſo ea, quæ ſunt alterius ordinis, involantes omninò inducunt, ſtatumque Reip. ita impeditum reddunt, ut efflorescere in ſuos beatitudinis gradus vix queat, nec conſervari in eâ, quâ hactenùs ſtetit felicitate, quamdiu illi medendi nulla eſt copia, nullus Zelus. Ubi enim unusquisque ſuæ ſaltem utilitati intentus eſt, & alter ad ſe attrahit, quod cæterorum eſt, quî corpus integrum erit? Rectè judicante Cicerone, *l. 3. d. offic.* ille quidem alter ex eo citius, ad modicum tempus ſe benè habebit, at totum corpus non poteſt non tandem malè ſe habere, Mev; *P. 2, d. 2. n. 8.* Quo faciunt, quæ ſcripſimus *cap. 2.*

Quibus congemina ſunt, rem elegantiùs illuſtrantia, quæ commentatur Petr. Gregor. Tholoſ. *d. Rep. l. 4. c. 5 in pr.* ibi: *Quia tres ordines populi introducti & diſtincti ſunt, ut quemadmodum contigit in fidibus & imparibus tonis, harmonia & concentus ex diverſis conditionibus ſequeretur: proſpiciendum eſt moderatoria harmonia, ne mutentur, aut confundantur, aut æquentur toni & ſtatus, ut & quilibet ſuum conſervet locum & ordinem, quomodo & quo tempore oportet.* Et porrò in ſpecie quod attinet ad Ordinem Clericalem, intra ſuos coarctandum limites, *n. 4.* ibi; *Peccant & Principes in hac Ordinatione, dum Eccleſiaſtici extra ſuos fines tranſeunt, & negotiis ſecularibus ſe immiſcent, aut ſeculares ad ſpiritualia & Eccleſiaſtica*

C tra-

Digitized by Google

tractanda ex authoritate proprij ordinis properant, ſicque miſcentur ſacra prophanis, cœlum terræ, ſuperiora inferis, anima corpori. Quorum omnium remedium eſt, ſeſe in proprium ordinem recipere, propria tractare & curare, ad hac tamen opem ſibi mutuo præbere, tanq. membra ejusd. Reip. Chriſtianæ, in qua ſecularia egent ſpiritualibus & ſpiritualia temporalibus. [illegible] *perium. 5. &c. quoniam idem 8. diſt. 10. & c. cum ad verum. 6. diſt. 96.* [illegible] *nda, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ Dei, Deo. Tunc n. univerſus Pontificus & Divinus ordo confunditur, ſi ſua cuique jurisdictio non ſervatur.* Quæ ordinu[m], vel ſaltem inter Clericos & Mercatores confuſio illorum indecenti negotiatione inducta, Reip. detrimenti ſatis affert vel eo ſolo, quod libero c[omm]erciorum uſui & exercitio non parum detrahat, dum mercatores, interce[ptam] m[ihi] ſibi ab aliis utilitatem cernentes, pertæſi ſæpiùs redduntur laborum & periculorum ſubeundorum, à negotiatione inſeparabilium, vid. Horat. *l. 1. Od. 1.* & vel ſegniùs in poſterum hanc ſuam profeſſionem exercent, vel plane eam deſerunt, aliena itidem ſectantes: unde tanta utilitas in Remp. non redundat, quanta ex negotiationis rectè attemperato exercitio in eam derivatur, quippe quæ civitatum non poſtremum eſt fundamentum, fulcrum atque ſubſidium. *vid. ſupr. c. 1.* [illegible] & modò tradita *ex l. 3. C. d. commerc.* Et in ſpecie quoad jus cereviſiæ coquendæ, ejusque commercium Nobilibus interdictum, eaſd. has rationes prohibitionis juſtificas reddunt Dd. quas & Curiæ ſequuntur tum in Ordinationibus, tùm in judiciis ſuis. vid. Rauchbar, *p. 2. q. 12. n. 6. ſeqq.* Berlich. *dec. 31. per tot.* ubi *n. 6.* ita: *Nobilibus etiam non tam propter ſorditatem, quàm, & quidem principaliter, propter difficultatem commercij, perniciem & detrimentum, quod per hoc civitatibus & civibus infertur, jus cereviſiæ coquendæ interdicitur.* Beſold. *theſ. pract. voc.* Bierbrauen. ibi: *cum urbibus inde detrimentum inferatur, & civibus alimenta detrahantur, ac commercia minuantur.*

Denique ſuper adjicienda venit & alia adminiculans quædam ratio ex capite *Juſtitiæ extraordinariæ*, ſive privilegii immunitatis, à non paucis oneribus hinc inde Clericis indulti. Quia enim à neceſſitate ſolvendi aut ſuſtinendi omnia ea onera, tributa, vectigalia, aliasque exactiones, quibus alii cives & negotiatores obnoxii eſſe ſolent, ſingulariter non tantùm in rebus Eccleſiæ, ſed & propriis, ſuique patrimonii, quas non negotiandi cauſa, ſed in ſuum ſuorumque uſum deferunt aut tranſmittunt, exempti deprehenduntur, *l. 5. l. 22. C. d. SS. Eccl. l. 2. C. d. Epiſc. & Cler. Clem. Præſenti. 3. d. cenſ.b. c. Clericis, 3. d. immun. Eccl. in 6. c. 4. & 7. x. eod.* Tholoſ. *in S. J. V. l. 3. c. 8.* Guil. Durand. *in ſpec. Jur. l. 4. p. 3. rubr. d.*

im-

mmun. Eccleſ. pag. 436. vid. omninò Ziegler. *d. Jur. Majeſt. lib. 2. c. 2.* *15. & ſeqq. plurib.* Excellent. Dn. D. Harpprecht, Præceptor meus ætatem Devenerandus, *conſ. 23. num. 209. ſeqq. plurib. ibid.* caterva- im adducti D. Excell. Dn. D. Schweder, Patronus meus [illegible] ultu ætatem proſequendus, *in Jur. Publ. part. ſpec. ſect. 2. c.* [illegible] amque exemtionem inter alia & ipſa ſanctitas vitæ, quam Clerici prof [illegible] irgere, Ziegl. *d. tr. l. 3. c. 8. §. 2. in fin.* juxta & ipſa hæc ratio prohibit[illegible] otiationis quæſtuariæ, aut excluſionis alucris aut com[illegible] ,in [illegible] cre- endis aut percipiendis ſuadere videtur, dum è contr[illegible] ubi [illegible] nonia liosve contractus lucrativos exercere præſumunt, eo privileg[illegible] iu- licantur, & ad collectas, portoria, pedagia & ſimilia onera [illegible] ad- tringuntur, Durand. *d. l. n. 2.* Petr. Frider. Mind. *d. proc. l. 2. c. 4[illegible] num. 58.* Sixtin. *d. Regal. c. 14. n. 113.* Tholoſ *d. Rep. l. 3. c. 7. n. 48.* Joh. Gutierrez *d. gabell. q. 93. n. 6.* Ziegl. *d. tr. l. 2. c. 8. §. 3. & ibid. alleg. plur.* idque non im- meritò, quò, dum Laicorum vice uti malunt, eorum ſe implicantes negotiis eorundem quoque hactenus experiantur fortunam, per ea, quæ ex aliis latiùs firmat Klock. *d. contribut. c. 12. n. 253. ſeqq.* Neque enim Clericis faven- dum eſt in eo, quo jura violant, prout negotiando omninò violant, per ſu- periùs firmata, vid. Franc. de Zabarellis *conſ. 12.* Et in aliis exemtis, tanq. æquiſſimum laudat & urget Comitiol. Ratisb. d. A. 1654. *P. 5. p. 405. in f. & ſeq. init.* ibi: Iſt aber dieſe Clauſula dabey/ daß Sie allerſeits ſolcher Im- munitäten und Privilegien nur genieſſen ſollen/ als lange ſie keiner Wirth- ſchafft ſich gebrauchen: Wie viel weniger gelten denn der Comitum Pala- tinorum, exemtorum & aliorum libertinorum privilegia, im Fall die/ ſo [illegible] nal in den Städten ſich der Wirth- und Kauffmanſchafft nicht enthalten/ und ſonſten der Burgerl. Comoditäten genieſſen; hergegen aber keine Bur- gerl. onera wollen tragen helffen/ cùm tamen nihil magis naturale ſit, quàm ut is, qui ſentit commodum, ſentiat etiam incommodum. Et juſtum in ſimi- li inter Miniſtros Regios & Senatum Civitatis Wolgaſt. pronunciat Sum- mum Tribunal Regium Wiſmar. apud Mev. *p. 3. d. 321. n. 3. ſqq. plur.* Ubi & in fine præjudicium ſubjectum: ita: Und dabey erkant/ daß &c. Appellati, ſo weit ſie bürgerl. Nahrung treiben auch Bürgerliche onera zu tragen ſchul- dig. &c. Et eſt omninò tralatitium, quod privilegium, ob perſonæ qualitatem indultum, ceſſet, remotâ vel alteratâ perſonæ conditione, Cothm. *Reſp. Acad. 21. n. 1. & 17.* Mev. *p. 3. d. 158. per tot.* ubi, quod etiam in Clericis civilia ne- gotia exercentibus, die bürgerliche Nahrung treiben/ vel maximè id atten- di debeat.

C 2 Exin

Digitized by Google

Exinde haud ambigendum videtur, quia eadem iſta pietas, idemque affectus in religionem ſanctiſſimus, qui eam Clericis conciliavit immunitatem, eam prohibitionem quòque hôc lubentius amplexatus fuerit, tanquam juſtitiæ & æquitati omninò conformem, vel ſaltem hoc reſpectu, ne alii cives iſto privilegii prætextu & extenſione ad [illegible] iam ad quæ conceſſum fuit, negotia nimium lederentur, ipſique cum [illegible]rum injuria locupletarentur, quod æquitati & juri naturæ, uti in omnibus & ſingulis perſonis aliis omninò adverſum eſt, *l. 206. ff. d. reg. jur. deſumt. ex l. 8. §.* [illegible] *ff. de tr anſact. l. 14. ff. d. condict. indeb. c. locupletari 48. d. reg. jur.* [illegible] *6.* ita [illegible] ſine dubio maximè etiam in perſonis Eccleſiaſticis, quas vitæ [illegible]as & innocua vivendi ratio præ aliis ornare debet, rigidior ejus debet [illegible] obſervantia, *l. 20. C. d. Epiſc. & Cler.* Dyn. Muxel, *ad d. c. 48. d. R. I. in 6.*

CAP. IV.

Regulam hanc prohibitivam per ampliationes ſuas ulteriùs explicans.

HÆc hactenus propoſita & confirmata Juris regula, quæ negotiationem quæſtuariam in perſonis Clericorum, illicitam planè reddit & indecoram, procedit omninò

1.) In Clericis tàm **inferioris** quàm **ſuperioris Ordinis** omnibus & ſingulis ſine exceptione aut diſtinctione qualis qualis præeminentiæ, dignitatis aut conditionis, *c. 3. diſt. 88.* ibi: *Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus nequaquam ſeculares curas aſſumat:* & non tantùm in iis, qui *in ſacris Ordinibus conſtituti* & *beneficiati*, ſed & qui *in minoribus* ſunt. Nam & his omnis negotiatio ex causâ cupiditatis, non neceſſitatis, vel alterius utilitatis & honeſtatis, prohibetur, tanquam illicita, vid. omninò Redoan. *d. ſtol. Eccleſ. qu. 2. n. 55. ſeqq.* junctis iis, quæ *ſuperiùs c. 3.* jam obſervavimus.

2.) In Clericis uti *Pontificiis*, ita & **Evangelicis.** Utrobique enim eædem militant rationes, ſtringunt & eædem Jurium Conſtitutiones, & noviores quoque Eccleſiaſticæ Ordinationes, per ea, quæ à Dn. Lincker, *d. Cler. Artif. cap. ult. per tot.* & à nobis *ſuprà d. c. 3.* tradita leguntur.

3.) In

3.) In Clericis *non tantùm ſigillatim, & in individuo* conſideratis, ſed & *in* certo aliquo corpore aut collegio unitis. Henning. Goden. *conſ. 9. n. 5.* ubi, quod de Clericis & Eccleſiaſticis perſonis dicitur, quòd negotiari non debeant, idem & de Eccleſiis ipſis pronunciat, quod nec iis negotiari fas ſit. Et quidni negotiationis iſtius prohibitio ſtringeret quoque Collegia Eccleſiaſtica, Monaſteria & ſimilia? Certè dum prohibitio generaliſſimè plane facta eſt, adeò ut expreſſiſſimis dicatur, quod nulli Clericorum liceat negotiari, tabernam aut ergaſterium habere, [illegible] *diſt. 44. c. 1. diſt. 88.* quid non ſtringeret Monaſteria & Colleg[illegible] [illegible] integra, in quibus peccatum tantò conſpectius eſſet & reproba[illegible] tantò dignius, quantò majori numero & ſcandalo tot ſalutares Con[illegible]ones turmatim quaſi proſtratum irent, aut circumvenire ſatagerent, honeſtatis & juſtitiæ regulis planè neglectis, aut ſusque deque habitis: in quod graviore quâdam cenſura rectè invehit Tholoſ. *d. Rep. l. 13. c. 16. n. 2. & 3.* verbis [illegible] *c. 3.* jàm adductis. Et certè cum Monaſteria ex primæva inſtitutione Oratoria eſſe debeant, & ſeminaria virtutum, malè convertuntur in tabernas mercantiles, cereviſiarias aut vinarias, quibus ut plurimùm accidit, ut fiant ſeminaria vitiorum & flagitiorum, *c. 2. diſt. [illegible]. in fin.* ibi: quoniam domus DEI, domus orationis & eſſe & dici debet: ne per officia negotiationis ſit latronum ſpelunca. Zabarell. *in Clem. 1. d. vit. & hon. Cler.* Eberhard. Speckhan. *Cent. 2. cl. 1. q. 2. num. 29.* & in opprobrium ipſorum Clericorum convertantur: Woraus groſſe Aergernuß der Kirchen/ und ihnen den Pfarrern/mehrmals groſſer Schimpff/Spott/Gefahr/ Nachtheil und Schaden erfolget: derowegen es keinem Kirchen-Diener geſtattet/ ut loquitur Ord. Eccl. Elect. Sax. *tit. 10.* ap. Ziegl. *d. jur. Maj. d. l. 1. c. 41. §. 19.* quòd tàm indecens eſt, ac injuſtum, ex rationibus, ſuperius quoad prohibitionem ſingulorum Clericorum deductis. Uti enim Clericis interdictum eſt, tabernas cauponarias ingredi, *c. Clerici, C. non oportet, diſt. 44.* Pavin. *d. viſitat. quæſt. 9. p. 2. num. 58.* Tholoſ. *in S. J. V. l. 39. c. 7. n. 4. & 8.* ita multò magis interdictum cenſeri oportet in ædibus ſuis, maximè parochialibus, aut monaſteriis eas inſtituere, & poculum intemperantiæ lurconibus præbere. Brunnem. *in Jur. Eccl. l. 2. c. 6. m. 10. n. 4.* Sim. Piſtor. *Conſ. 9 q. 2. n. 13.* Speckhan *d. l. n. 27.* ibi: Weil den Geiſtlichen verbotten/ daß Sie nicht ſollen in offentliche Schenck-Häuſer gehen: So iſt um ſo mehr verbotten zu achten/ in ihren Häuſern Bier oder Wein zu ſchencken/ Zech zu halten/ und Gäſte zu ſetzen. Coincidit, quod hâc in re diſponitur, in der gemeinen Lands-Ordnung Ober- und Nider-Bayern/ d. An.

1516 *P. 4. rubr.* Vom Schencken in den Pfarrhöfen §. Nachdem. bis: nachdem ſich etlich Pfarrer in ihren Pfarrhöfen/ zu ſchencken/ auch verdingte Mahl zu halten/ und Wein um das Gelt/ auſſer ihren Pfarrhöfen ... und zu verkauffen/ unterſtehen/ das dann den Ehehafften und ...en auff dem Lande zum Abbruch und Nachtheil reicht / auch ... Geſatz und Ordnung geiſtlicher Rechte iſt. Iſt hierauff unſer ernſtlich Meinung/ daß ſolches den Pfarrern in unſerm Lande nicht geſtattet werden ... prehendimus exinde vel hodienum haud raro, ubi à negotiis ... ariâ aut facultate contractum aliquem ineundi, Clerici, ſive ſie... er, ſivè certo ſaltem reſpectu prohibentur, & Monaſteria aliavè Colle... eccleſiaſtica & privilegiata de cetero, inſimul quoque prohibita, veluti in rerum Immobilium coëmtione, uti hinc inde in Clericorum perſonis; ita & in Collegiis & Corporibus Clericalibus aut piis impermiſſa & interdicta v. Hoch-F. Würt. L. R. *p. 2. t. 9.* §. Ferner ſollen. *p. 267.* ibi: Ferner ſoll den Armen-Käſten/ Spitälen/ und dergleichen Häuſern nicht geſtattet werden/ unſerer Unterthanen ligende Güter Kauffs- oder Tauſchweiſe oder auff andere Weege an ſich zu bringen/ und zu behalten. Rationem reddunt Beſold. & Lindenſpür. ad O. P. W. *p. 11. n. 5. & 6.* quia tam perſonalibus, quàm etiam haud raro patrimonialibus functionibus ſeſe ſubtrahere ſolent. B. Dn. Lauterb. *in Coll. Theor. pract. tit. d. C. E. V.* §. 12. add. Dn. Pagenſtech. *in Sicil. ad Schü z. comp. Lauterb. manip. 2. ad d. t.*

In ſpecie verò in Civitate Patria Ratiſponenſi inſigne ejus rei exemplum occurrit in facultate tabernæ cujusd. cauponariæ in monaſteriis aut habitationibus Clericalibus liberè inſtituendæ aut exercendæ, Clericis in univerſum omnibus & ſingulis, quà talibus omninò denegata, transactione, uti ſuper variis aliis articulis, ita & ſuper hoc inter Clerum & Magiſtratum illius loci, Anno 1484. initâ, & Anno 1654. denuò iteratâ, & authoritate Invictiſſimi Imperatoris Ferdinandi III. confirmata, in quâ, utut non pauca etiam in favorem Cleri conceſſa, attamen & inter ea, quæ ſtatum Clericalem vel maximè dedecent, adeoque rectiſſimè inhibenda, & hoc prohibitum legitur, ne loca ſedendi ad compotandum Laicis permittant, aliavè faciant, quæ cauponibus quidem, Clericis tamen nullatenùs conveniunt, verbis hanc in rem ita conceptis: Doch werde fürkommen oder verhütet/ daß die Geiſtlichkeit/ weder Inwohnern noch Außwohnern/ ſo nicht geweihete Perſonen ſind/ ſtaat zu ſitzen/ zu trincken/ oder Zech zu machen/ nicht zu laſſen/ auch zu ſolchem Tiſch oder Taffel nicht halten/ kochte Speiſe oder Atzung den Weinkauffern nicht reichen noch ichts anders zu laſſen

oder

oder geſtatten/ das in Gaſthäuſern und offenen Tafernen den Trinckern oder Mit-Zechern gewöhnlich geſtattet wird.

4.) Hactenus tradita etiam adeò vera ſunt, ut Clerici *ne quidem per inſtitorem aut alium*, ſive cauponariam, ſive quamcunque aliam quæſtuoſam negotiationem exercere queant. Eo ipſo enim dum Clericis generaliter & ſimpliciter prohibitum eſt negotiari, & negotiationibus lucrativis [illegible], prohibitum etiam eſt per alios id efficere, tùm (1.) propter communem illam Juris & Canonici & Civilis regulam, quâ qui facit quid per alium, perinde eſt, ac ſi faciat per ſemetipſum. *c. Qui facit, 72* [illegible] *§. 3. ff. d. admin. & peric. tut. l. 71. §. 5. ff. de A. vel. [illegible] H.* [illegible] *d. c. 72.* & ex eo Joh. Rudinger. *ſing. obſ. cent. 2. Obſ. 9.* in verb. [illegible] ſich ſelbſt oder die ſeinen / ubi pluribus exemplis dictam regulam illuſtrant & firmant: Tùm (2.) ex ratione indecentiæ reſpectu ſtatus Clericalis, æquè militante in Clerico per alium, ac per ſemetipſum negotiante: Tùm & (3.) ex ratione impedimenti, in ordine ad functiones Eccleſiaſticas, non minùs ex negotiatione per alium metuendi, cùm & hæc animum Clerici diſtrahat atque occupet tùm cogitationibus futuri eventus, ac lucri deſiderio, & communicatione ſocii frequentiori circa materiam ſocietatis, & modum exercendi, tùm etiam in rationibus & comparationibus faciendis, quæ non poſſunt non animum avertere ab Eccleſiæ debitâ divinorum conſideratione. Tùm denique (4.) ex ratione juſtitiæ, concernentis intereſſe Collegii mercatorum, & integræ Civitatis, quod vertitur in eo, ne Ordines confundantur, & quod alterius eſt, ab alio præripiatur: ut adeò eadem ferè ratio prohibitionis concurrat in Clerico negotiante per alium, quàm per ſemetipſum, uti hoc pluribus oſtendit, atque eo ferè modo conſtabilit Joh. Gutierrez. *tr. d. gabell. quæſt. 63. num. 30. ſeqq.* Ludov. Molina, *d. J. & J. tr. 2. d. contract. d. 342. num. 19.* Speckhan. *d. Cent. 2. cl. 5. quæſt. 2. num. 24.* Sim. Piſtor. *conſ. 9. quæſt. 2. n. 14.* Ziegler. *d. Jur. Majeſt. l. 1. c. 41. §. 13. in f.* Franc. Pfeil, *cent. 2. conſ. 202. num. 97. ſeq.* Johan. Nolden. *d. ſtat. Nobil. Civ. c. 22. num. 113. ſeqq.* Klock. *d. Contribut. c. 12. num. 163.* Dn. à Gölniz. *d. reg. vectig. Jur. cap. 3. num. 33.* B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. Theor. pract. tit. d. inſtit. act. §. 7.* ubi in genere docet, quod quicunque **negotiationem quæſtuariam exercere prohibentur, illi nec per inſtitorem negotiari poſſint.** *arg. l. 46. ff. d. C. E. V. l. 2. §. 1. ff. d. adminiſt. rer. ad Civit. pert.* cum etiam illi, qui

per

Digitized by Google

per inſtitores mercantur ſive negotiantur, mercatores & negotiatores dicantur, Alexand. *7. conſ. 193. num. 4.* Dn. Stryk. *in not. ad Sckũ z. d. tit. in S.* qui exemplificant etiam in Clericis: quamvis hic addat, quod moribus multarum Provinciarum dedecori nemini reputetur, per institores exercere mercaturam. Menoch. *d. A. J. Q. l. 2. cent. 5. caſ. m. 1, ſeqq. usque ad fin.* ubi generalem iſtam Juris regulam; **Qui per ſe actum gerere atque conficere non poteſt, nec etiam id poteſt per interpoſitam perſonam;** non tantùm proponit, ſed & [illegible] borat fundamentis atque exemplis.

[illegible] quidem, qui hâc in parte diſſentiunt, arbitrantes, nefas haud eſſe [illegible] is & religioſis, negotiari per alios, tradendo pecunias conſanguineo, ut ipſorum loco negotietur: aut ineundo ſocietatem cum alio, vel locando reditus beneficii, aut aliud aliquid cum aliis negotiando ita ut ipſi totam operam & induſtriam adhibeant; aut ſaltem Clericos hôc pacto excuſandos eſſe, his innixi rationibus. 1.) quod ceſſet hoc modo ratio prohibitionis, cum negotiatio per alium, Cleri animum non occupet aut diſtrahat, &, modò pecunia ad licitam tradatur negotiationem, peccata, quæ commiſerit ille, per quem fit negotiatio, Clerico non imputentur.

2.) Quod jura ſolum videantur prohibere perſonæ Eccleſiaſticæ negotiationem per propriam perſonam, *in Clement. 1. d. vit. & hon. Cler.*

3.) Quod tanquam de re licitâ dicatur, Canonicos habuiſſe ſtallos publicos, in quibus carnes incidebant, *in c. ſignificante. x. d. appellat.* quemadmodum eam ſententiam propugnant Joh. de Medina, *d. reſtitut. quæſt. 30. art. 2.* hujusque opinionem, ipſo non citato, mirè probare, Arragon. *d. jur. quæſt. 72. art. 4. verſ. Sed dubitabit. pag. 644.* & in eo convenire, DD. communiter, peccatum eſſe, Clericos Monachos per ſe ipſos negotiationem merè lucrativam exercere, teſtatur Gutierrez. *d. gabell. d. quæſt. 93. num. 29.* poſt alios Tiraquel. *tr. d. Nobil. cap. 27. num. 7. 8. & ſeqq.* Alciat. *ad l. Mercis. 207. ff. d. V. S. num. 16. & 17.* Strach. *d. Mercat. p. 1. num. 66.* cum quibus etiam ſentire videtur Brunnem. *ad l. 7. ff. d. inſtit. act.* qui eam generaliter propoſitam Quæſtionem: An prohibitus mercari, poſſit inſtitorem conſtituere? diſtinctione expediendam cenſet; ſcilicet an quis prohibitus ſit 1.) *ob delictum*, an 2.) *ob intereſſe tertii*, nempe Collegii Mercatorum vel Civitatum, an 3.) *ob dignitatem perſonæ exercentis*:

& in

& in caſu 1. & 2. negat, in caſu v. 3. affirmat, poſſe ſcil. prohibitum per inſtitorem mercaturam exercere, & pro hoc probando præter. *l. 9. C. ad L. Jul. d. adult.* allegat *Clem. 1. d. vit. & hon. Cler.* ſuperiùs alleg: [illegible]am, quâ ipsâ contraiam hanc ſententiam modò citt. diſſent. defenſitatum eunt.

Hæc & id genus alia tamen tanti non ſunt, ut à priori loco adde[illegible] riori ſententiâ dimovere quem poſſint. Ex rationibus enim pro hac ad[illegible] non tantùm fundatior ipſa redditur; ſed& contraria potiorem partem [illegible]

Fruſtrà enim objicitur 1.,) quod negotiatio per alium, Clerici animum non diſtrahat; cum ratio decidendi 3.) contrarium ſa[illegible] [illegible].

Nec probat 2.,) quod probare debet, text. in *Cl.* [illegible] *vit. & hon. Cler.* quamvis enim Pontifex ibi expreſsè loquatur de Clericis, officium tabernariorum *publicè & perſonaliter* exercentibus; inde tamen malè infe[illegible] quod ideò Clerici *occultè & per alium* illud officium exercere queant, quippe quod incurrit in tot textus, omnem quæſtuoſam negotiationem Clericis, indiſtinctè & indefinitè inhibentes: rectè autem hoc ex inde deducitur, quod ſi Clerici officium illud tabernariorum publicè & perſonaliter non exerceant, Epiſcopus ſeveritate illius Clementinæ uti non poſſit, nec locum habeat pœna amiſſionis privilegiorum, *d. Clem.* intermina[illegible] uti ſecundùm Gloſſam ad verbum, *publicè*, rectè ita judicat Speckhan. *d. qu. 2, num. 24.* addens, quod omnes eam ibi ſequantur. Sim. Piſtor. *conſ. 3. num. 14.* quod & proportionatæ juſtitiæ ratio exigit, ut remiſſior ibi ſit animadverſio, ub remiſſior culpa; nec ſequitur, remiſſius ex hiſce circumſtantiis hoc in caſu eſt peccatum, quod ſeveriori iſtâ coërcitione dignum non eſt; ergò planè non eſt peccatum, aut licitum hoc ipſo eſt factum: ſive, utut culpa lethalis non ſit, per alios ita negotiari, aliquid tamen fœditatis atque indecentiæ in eâ negotiatione intervenit ratione ſtatûs, quando ſcilicet circumſtantia nulla adeſſet, quæ illam excuſaret, quocirca improbandam & eam eſſe, quantum ex ſe, rectiſſimè judicant Molin. *d. l. n 13.* Gutierrez. *d. l. num. 30.* & agnoſcit quoque hoc ipſum Tiraq., licèt aliàs diſſentiens, dum *d. l. num. 13.* ſcribit; non tamen omninò vacare culpâ, qui & hujusmodi artes prohibitas, per alium exercet. Farinac. *fragm. crim. p. 1. lit. C. num. 136.* ubi, quod Dd. ita communiter teneant, & pœnam arbitrariam locum invenire, rectè cenſet *num. 137.*

Nec aliud evincit 3.) text. in *c. ſignificante 569. x. d. appellation.* quia *ſtalli*. de quibus ibi ſermo, non ſunt, niſi domus quædam publicæ, quas habere Clericis aut Religioſis nefas non eſt, ita ut eas aliis locare poſſint, vel ad carnes vendendas, vel ad alia negotia in illis exercenda, ad reditus inde percipiendos. Molin. *dict. diſſertation. 342, num. 13. in fine.*

D Neque

Neque verò diſtinguentium ſententia, quam tenet Brunnem. *d. l.* rem in noſtro quidem caſu ſatis feliciter expedit, cum non ſola & unica cauſa prohibitionis ſit dignitas iſta Clericalis, & ſanctimonia vitæ, in Clericorum perſonis quæ requiritur & præſupponitur, ſed & ſimul ratio juſtitiæ in ordine ad Eccleſiam, Remp., & alios concives, quorum omnium interesſe in eo vertitur, ne Clerici ad ſe pertrahant, quod illorum proprium manebat. Quomodo in ſimili caſu negotiationis cereviſiariæ, tabernariæ aut cauponariæ, Nobilibus interdictæ, & ideò nec per inſtitores ab iisdem exercend. conſulendo decidit Fr. Pfeil. *conſ. 202. num. 97.* ibi: ob gleich A. mit eigenen Händen nicht maltzen / brauen / ſchencken / und verkauffen / ſo wollen ſie dennoch zu Ihren Nutzen und Vortheil Ihr Diener und Geſind darauff halten / und Ihren Schencken und Unterſaſſen die Bier aufflegen / und alſo / durch die Ihren maltzen / brauen / ſchencken / und verkauffen / und alſo Kauff-Bier-Handthierung treiben / welches dann eben ſo wol zu Ihrem Vortheil gerichtet / und den Unterſaſſen und Nachbaren zu Nachtheil und Abbruch Ihrer Frey- und Gerechtigkeit gereichet / und demnach eben ſo wol verbotten / als thäten ſie alles ſelbſt mit eigenen Händen / nachdeme Sie es durch andere thun / und das Aufſſehen haben / und eben Ihnen fürnehml. der Handel gilt / ꝛc. hancque ſuam deciſionem ratiocinando æquè in exemplis Clericorum; ac Militum, atque Nobilium ulteriùs confirmat, quod hâc in re non de perſonarum qualitate aut exiſtimatione tantùm agatur, nec cenſendum ſit, Legiſlatores noſtros ſolo Nobilitatis, ad honorem Imperii comparatæ, decore permotos, interdictionem eam feciſſe, ſed cumprimis etiam plebejorum & negotiatorum præjudicio, uti *in L. Nobiliores, 3. C. d. commerc.* ipſa verba conteſtantur: & in militari prædiorum conductione prohibitâ, non ſolam perſonarum militarium conditionem, ſed & vicinorum conſiderari incommodum & præjudicium, *L. 31. l. f. C. loc. conduct.* quod quia non minùs generatur, quando per ſervulos ſuos aut conductitias operas, quàm ſi manibus ſuis Nobiles, milites, aut ſimiles prohibiti talia faciant; indè eadem æquitatis ratio utrobique eand. juris diſpoſitionem urget, *L. 32. pr. ff. ad L. Aq.* cum aliis ſimilibus. Pfeil. *d. l. n. 98.*

Idem juris obtinet (5.) & in eo caſu, quando Clericus negotiationem quandam illicitam exercet *non in ſuam utilitatem, ſed pro commodo & utilitate domini, cui ſervit;* in hoc enim reſpectus non habetur ad eum, cujus cauſa agitur, aut cujus intereſt; ſed ad eum ſolum, qui talia officia exercet. Diaz. *in pract. crim. c. 69. n. 1. verſ. Et adverte.* Farin. *fragm. crim. p. 1. lit. C. n. 128.*

Nec

Nec intereſt (6.) quibus in rebus lucri faciendi gratia negotientur Clerici, an in mobilibus, & iis rebus, quæ mercis nomine, ſtrictè loquendo, veniunt, aut in quas mercatura propriè cadit, Tuſch. *lit.* [illegible] *concl.* 205. *num.* 4. an in immobilibus, in quas mercatura non [illegible] à nundinis ad nundinas quæ exportari & importari non poſſunt. *L.* 66. *ff. d. V. S. & ibid.* Gœdd. Utrinque enim illicita illis eſt nego[illegible] adeò ut ſi lucri faciendi gratia fundum emiſſent, ut eum revenderent, hæc ipſa emtio venditio in prohibitionem jurium no[illegible] omninò incurreret. Laſſart. *d. decim. vend. c.* 19. *n.* 88. Gutierre[illegible]

Nec intereſt (7.) quoad illas res mercantiles aut [illegible]alitu[illegible] cujuscunque ſint generis aut conditionis, ſive ſint natæ, ſive ex natis factæ, & in aliam ſpeciem aut formam mercimonii exercendi, & lucri captandi gratia transmutatæ, & eum in finem, ſive in naturali ſuâ exiſtentiâ & eſſentia, prout natura eas formavit & prodidit, veluti frumentum, pira, poma, lana, ſimilesvé alii fructus naturales; ſive prout artificio aut opificio compoſitæ, confectæ aut transformatæ exiſtunt, quæſtûs exercendi ergò (ſecùs, ſi in alium finem licitum, de quo *capit. ſeq.*) vendantur, aliové lucrativo modo diſtrahantur. Utroque etenim modo negotiatio Clericis interdicta & indecora exercetur. Unde, quod attinet ad res *prioris generis*, non licet Clericis ejusmodi res, e. gr. fruges coëmere, ut revendant, lucrum ex cariori revenditione ſectaturi. Eſſet enim hæc ipſa negotiatio merè lucrativa ipſis omninò prohibita. Hoc in his rebus non attendendum eſt, an *plane eædem*, uti emtæ, an ſaltem *quantitatetenus quodammodò alteratæ* revendantur, veluti ſi Clericus arietes aut ſues emeret, ad eos pinguiores revendendos, negotiationis & lucri cauſa. Licet enim operam ſuam atque induſtriam conferat, ut pinguiores atque pretioſiores efficiat, quia tamen nullum in hoc artificium exercet, nec mutatâ, ſed potius integra formâ, quâ emit, licet majores aut pinguiores vendit, ſanè hoc in caſu animalis ita pinguioris aut majoris effecti non minùs, ac in illo caſu, animalis ejusdem, uti emti, ita ſtatim revenditi, pro merâ negotiatione reputandum eſt, ob ſtudium & avaritiam lucrandi, Clericis penitùs illicita. Gutierrez. *tr. d. gab. qu.* 93. *num.* 52. Secùs autem ſe res habet, ubi *artificio, operâ & induſtria ipſius Clerici*, res quidem in alias ſpecies non commutantur, *inſtructiores tamen & cultiores*, ita, ut hâc ratione quaſi quodammodò *transformatæ, aliæque eſſe videantur*, redditæ revenduntur, veluti ſi Clericus mulam aut equum rudem emeret, ut cultiorem aut inſtructiorem iterum venderet[illegible];

D 2 hoc

hoc in caſu Cleri[illegible] non pro negotiatore aut mercatore haberi debet, ſed pro artifice, quia rem illam, quam emit, induſtriâ ſua mutatam ac meliorem revendit, eóque ipſo non tàm negotiari, quàm potiùs artem exercere dicitur, Molin. *d. J. & J. tr. 2. d. 342. n. fin.* Gutierrez. *d. l. num. 51.* ubi hunc caſum quotidianum vocat, Strach. *d. mercat. p. 1. num. 53.* Do[illegible] de Sanct. Gemin. *in c. quanquam. d. cenſib. in 6. num. 10.* quod Cleri[illegible] non eſt prohibitum, *c. 3. & c. 4. diſt. 91.* Linck. *d. Cler. artif. & negot. c. 2. num. 4. & ſeq.* Feder. Sen. *conſ. 207. num. 3.* Strach. & modò all[e]g. dd. ll.

Quod attin[et a]d res *poſterioris generis*, quæ ſc. ex aliis rebus conficiuntur & ſpecificantur, regulare quidem eſt, quod ad negotiationem Clericis [inte]rdictam non pertineant, quando non eædem, prout natæ ac emtæ, ſed demum ſpecificatione quâd. alteratæ, aut in aliâ formam commutatæ venduntur. Actus enim hic artificis potiùs eſt, quàm negotiatoris proprius, Clericis exinde permiſſus. *c. ejiciens. 11. diſt. 88.* Card. Tuſch. *lit. M. concl. 205. & modò citt. Dd.* Attamen ſi ſolius quæſtus faciendi ergò & in finem per viam & modum negotiationis exercendæ tales res, utut ex fundis propriis natæ, à Clericis ita præparantur, transformantur, & divenduntur, hoc reſpectu quin incidant in negotiationem, Clericis prohibitam, non eſt, quod ambigamus: uti in ſimili decidit Franc. Pfeil. *conſ. 202. num. 96.* ibi: Ob gleich die A. nicht frembd Getreyd / oder Bier / kauffen / verbrauen / und verhandlen / ſo wollen Sie gleichwol Ihr Getreyd / nicht / wie es Ihnen gewachſen / oder ſonſt einkommen iſt / verkauffen / ſondern auff den Kauff vermaltzen / verbrauen / Bier ſchencken / und verkauffen laſſen / und alſo NB. deß Maltzens und Brauens Handthierung / Gewinn und Vortheil ſuchen: Solcher der gemeinen Burgerſchafft verfänglicher und nachtheiliger Geſuch und Genieß Bürgerlichen Gewerb und Handthierung iſt dem Adel (und auß eben der Urſach der Geiſtlichkeit) auch verbotten / und nicht allein die bloſſe Krämerey und Kauffmannſchafft. Et rectè quidem, quia hoc nihil aliud eſt, quàm artis braxatoriæ, tabernæ aut cauponæ cereviſiariæ exercitium profiteri, quod mechanicum eſt, & certo reſpectu inter viles artes ac negotiationes, Clericis perindè ac Nobilibus non convenientes, computatur: *per ſupr. tradita.* Eâdem ratione ſi Clericus ex lana de reditibus ſui beneficii aut gregum ſuorum pannos, quos vendat, per famulos ſuos, per operarios atque artifices ad id conductos, conficeret, actus hic, quia multum fœditatis atque indecentiæ, ratione

ſtatûs

ſtatûs Clericalis ſecum vehit & alit, juxtà & aliæ prohibitionis rationes concurrunt, perindè ac quando ſocietatem negotiatoriam cum aliis, in perſonis Clericorum itidem pro illicitâ habitam, *vid. ſuprà ſcripta*, iniiſſe dicitur, & quia non niſi per modum negotiatoribus proprium exponitur, ad ſolum artificium, in Clericis aliàs non improbatum, pertinet minùs, quippe quod ſaltem in propria perſona, non autem per interpoſitam, exercetur, *l. f. ff. d. excuſ.* Linck. *d. l. c. n.* 2. 16. Laſſart. *d. dec. vend. c. 19. num. 76.* ſed ad negotiationem, Clericis interdictam referri debet, Laſſart. *d. l. c. 19. num. 86.* Molin. *d. D. 342. num. 6. circ. fin.* Gutierrez. *d. l. num. 38.* Multò magis hoc obtinet, ſi Clericus lanam emeret, non ut ipſe operetur, ſed ut impenſis ſuis ex mercenariorum & opificum induſtria aut labore pannos efficeret, poſtea divendendos lucri faciendi cauſa: vel uvas coëmeret, & per famulos ſuos, aut per alias perſonas, huic rei aptas, & ad id conductas, vinum indè conficeret, deindè iterum venditurus, lucri quærendi ergò. Nam & hoc modo negotiatorem omninò agit, non artificem, cum nulla ejus ipſius hic verſetur induſtria, ſaltem conſiderabilis: poſt Sylveſtr. *in Summa, verb. Excommunicatio. 9. verſ. 21. num. 46.* Laſſart. *d. l. num. 67.* Molin. *d. l.* Gutierrez. *d. l. n.* 53.

Nec intereſt (8.) an mediate *emtione venditione, an alio quocunq; lucroſo contractu*, puta, locationis, conductionis, Clericus rem aliquam ſibi cōparavit, ut venditurus eandem lucraretur, v. gr. ſi Clericus agros alienos conduceret, quos per operarios ſuos coleret, ut ex fructuum indè perceptorum venditione ditaretur. Nam & in hoc caſu, licet fructus ex ſemine ipſius naſcantur, atque eo ipſô, quod recipiuntur, ad ipſum jure dominii pertineant, tamen illicitæ negotiationis ſpecies hic intervenit, quia Clericum non decet, agros alienos conducere, & per operarios eos colere, fructusque colligere, ut eos lucri cauſa vendat. *c. 1. Ne Cler. vel Mon.*, Molin. *d. D. 342. num. 7.* Similiter ſi ovium fructus conduceret, ut caſeum aut lanam, ex eis provenientia, operâ & induſtriâ famulorum, vel aliorum, ad id conductorum, vendat lucri faciendi cauſa, negotiari omninò videtur; quia nulla hic verſatur induſtria Clerici, quæ poſſit in artificium imputari. Gutierrez. *d. l. num. 63.*

Nec intereſt (9.) an rem, quomodocunq; mercimonii exercendi ergò ſibi quæſitam, eundem in finem *rurſus diſtrahat, venditione, an locatione, permutatione*, ſimilivè alio contractu. Undè ſi Clericus jumenta emeret, ſolummodò eum in finem, ut aliis ea pro certâ mercede locet, genus omninò eſt negotiationis, adeóq; ipſi illicitū. Molin. *d. J. & J. d. diſp. 342. in fin.* Idem juris

juris eſt, agros alienos conduceret, ut fructus indè perceptos diſtrahendo lucraretur, eosque non venderet, ſed *permutando* alienaret. Quid intereſt enim, an hoc vel illo modo, lucro inhiet, & negotiationem ſectetur? Nullo paſto enim Clerici negotiari debent. Sunt enim, vel ſaltem eſſe debent militiæ cœleſtis milites. Petr. de Antibol. *d. muner.* §. *4. n.* 20. Mo-
lin. n. 7. Strach. *d. mercat. p. 1. n. 48.* ubi, quod is, qui agris colendis, quæſtûs cauſa, operam dat, non quidem mercator, attamen negotiator dici queat, *per l. 5.* §. *2. ff. d. inſt. act.* add. Joh. Georg. Simon. *d. Mercat. c. 1.* §. *1.* ubi, quod duo iſti contractus, emtio & permutatio, mercaturæ eſſentiam ingrediantur, iisdemq; ceu fulcris hæc ipſa innitatur.

Nec intereſt (10.) Clericus an *ad groſſum*, an *ad minutum* vendat: v. gr. Ob Er das Bier / den Wein / Faß-weiſe verkauffe / oder Maaß-weiſe außſchencke. Utroque enim modo negotiatur, & minutatim quidem majori cum dedecore, cum *groſſarii illi*, aut ſolidarii, honoratiori mercatorum appellatione veniant; *Minutarii* verò hi, qui à mercatoribus minutatim emere, & ita revendere ſolent, & exindè mangones, aut venalitiarii audiunt, *in L. 207. ff. d. V. S.* propolæ alias vocitati, die Auffkauffer / Fürkauffer / vid. congeſta ap. Excell. Dn. Præſid. *d. propol. th. 1. & 4. circ. fin.* inter viles perſonas omnimodò relati, juſtisq; pœnis ob crimen flagellatæ annonæ meritò obnoxii, Dn. Præſ. *d. diſſ. th. 17.* Quò maximè pertinet illud Ciceronis: Mercatura ſiquidem, ſi tenuis eſt, ſordida eſt putanda; ſi magna & copioſa, multa undique apportans, multisque ſine varietate impertiens, non eſt admodùm vituperanda: Atque etiam ſi ſatiata quæſtu, vel contenta potiùs, ut ſæpè ex alto in portum, ex ipſo portu in agros poſſeſſionesque contulerit, videtur jure optimo poſſe laudari. Proindè cum omnis negotiatio Clericis interdicta, etiam ſine dubio ea, quæ in menſurâ minuta exerceri ſolet, & eo ipſo, quod ea inhibita, quæ cum averſione fit, aut groſſariis eſt propria, etiam, & multò magis illicita illis erit & prohibita, quæ minutatim, ad ulnam, pondus, menſuram, fieri ſolet. Quicquid enim juris eſt in toto, quà totum; idem juris eſt in parte, quà partem: Iti in caſu converſo negotiationis, in vinis vel frumentis ſuæ præbendæ Clericis permiſſæ ex eadem ratione ita: Si poſſunt ſine gabellæ ſolutione, vinum ſuum vendere ad groſſum; poſſunt etiam vendere ad minutum: argumentantur, & ad eam quæſtionem: An Clerici poſſint vendere, vel vendifacere, vinum ad minutum, ſicut ad groſſum ſine ſolutione gabellæ? affirmativè reſpondent Bertachin. *d. gab. part. 7. pr. num. 18.* Jul. Ferret. *d. gab. num. 436.* Et ſi prohibitum

hibitum eſt id, quod honeſtatem minus lædere videtur, multò magis prohibitum cenſeri debet, quod honeſtati magis eſt inimicum, aut cum majori fit indecentia, atque ſcandalo. *arg. c. cum illorum, 32. x. d. ſent. excomm.* ibi: *cum majora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora.* Et ita quoque inter Clerum & Senatum Civitatis Patriæ Ratiſponenſis res transactione diſertiſſimis definita eſt, uti teſtantur verb deſuper erecti Receſſus d. A. 1654. § *11.* ibi: So viel nun Eilfftens den andere membrum Commiſſionis, benamtlich das ſtrittige Bier-außſchencken belanget: So bleibet es erſtlich nochmahls bey dem in Anno 14[illegible] getroffenen Vergleich/ und iſt dabey der Paſſus deß Bier-außſchenckens/ mit beyder Theil Belieben und Genehmhalten/ dahingeſtellet und vermittelt worden/ daß zwar die Geiſtlichen insgeſambt/ und deren Angehörige ſich des Bier-Verkauffs/ NB. ſowohl Faß-als Maß-weiß/ ins künfftig gäntzlich enthalten/ ꝛc. Et in ipſis modò citatis Compactatis: §. *Ut omnes &c.* ubi Eccleſiaſticis perſonis venditio vinorum, ex reditibus & beneficiis Eccleſiaſticis perceptorum, ſtatis anni temporibus permiſſa eſt; diſertè hoc exprimitur, quod licentia eſſe debeat, ea *tàm in groſſâ, quàm minuta quacunque menſura* omnibus hominibus, tàm incolis civitatis, quàm forenſibus, vendendi atque pincernandi; Et *in* §. *Quocirca. ſeq.* ubi illa facultas & ad determinatum illud trium menſium ſpatium, & elapſo hoc ad certa ſubjecta certo modo reſtringitur, hæc diſtinctio inſinuatur, quod ſcil. poſt lapſum illius temporis licitum eis eſſe non debeat, vina ſua vendere *incolis* civitatis *laicis*, in aliquâ *menſurâ minuta;* perſonis tamen *Eccleſiaſticis*, nec non *forenſibus* ſub *quacunque menſura, groſſa, aut minuta*, per totum annum.

Nec mutat (11.) regulam iſtam prohibitivam, *etſi Clerici res ſuas venales viliori & æquiori vendere pretio diſcupiant, ac communiter valent*: tùm quia regulariter ab omni negotiatione & commerciis ſecularibus abſtinere jubentur Clerici, *in c. Clerici, 15. x. d. vit. & hon. Cler.* Quo in textu, pro adſtruendâ univerſali eâ inhibitione duo obſervare licet: (1.) *indefinitam iſtam prohibitionem*, dum ſimpliciter dicitur: *Clerici officia vel commercia ſecularia non exerceant*: quæ æquipollet interdictioni univerſali, *arg. l. 24. ff. d. S. P. V., l. 43. l. 44. ff. d. legat. 2. & plurimorum aliorum texxt. congeſtorum à Barboſ. in theſ. loc. comm. l. 9. c. 37.* Et (2.) *Ulteriorem indefinitæ iſtius declarationem*, in verbis: *maximè inhoneſta:* ubi particula iſta implicativa, *maximè*, implicat caſum magis dubitabilem, *Gloß. in c. Ad abolendam, 16. x. d. fil. Presbyt.* Unde inferre licet, quod etiam

etiam ea commercia, quæ honeſtatis quand. ſpeciem habent, aut aliàs illæſâ minus conſcientia aut exiſtimatione exerceri poſſe videntur, veluti ſi æquum aliquod pretium interveniat, regulariter Clericis interdicuntur, vid. Hoſtienſ. *ibid.* & poſt alios Sim. Piſtor. *conſ. 3. num. 16.* Speckhan. *Ant. 2. cl. 1. q. 2. num. 13.* tùm quia & in vilitate pretii, quod tamen lucrum hi ipſi venantur, Jure non minùs in horum [illegible] improbatum, maximè cum oneribus, quibus aliàs negotiatores [illegible], ſeſe ſubtrahere utplurimum allaborent, non ſine ho[illegible] præjudicio, quippe quos intuitu ſufferendorum onerum cariori pretio [illegible] oportet, ſæpiùs exinde impeditos, ne facilè emtores inveniant. Concordat hanc in rem judicium & reſponſum Fac. Jur. Lipſ. ap. Sim. Piſtor. *d. l. q. 2. num 15. ſeqq.* ubi *num. 17. in fin.* Und obwohl die Thumb-Herrn und andere Ihr Bier und Wein etwas wolfeiler geben/ dann in der Stadt/ haben Sie doch gleichwohl ohne allem Zweiffel etwas zu Gewinn davon: Und gebens aus keiner andern Urſache wolfeiler/ dann daß Sie mit Zollen/ Ungeldt/ und andern unbeſchwehret. Zu dem Ende ſo gibt der auffgerichte Schied mit hellen Worten/ daß die Geiſtlichen Bier und Wein nicht ſollen um Geld verkauffen noch ſchencken/ auch in Ihren Häuſern und Wohnungen in keinerley Weiſe vergönnen oder geſtatten/ Zeche zu haben/ oder zu halten. Welches ja nichts anders iſt/ dann das die Geiſtliche Rechte denen Prieſtern aufflegen: Darum kan niemand zweifflen/ denn daß Sie auch demſelben nach zukommen/ und zu halten verpflichtet.

Nec intereſt (12.) hâc quidem in parte, uti ex hactenus deductis ſatis ſuperque patet, inter *negotiationem purè talem*, quâ res emuntur, ut immutatæ planè cariùs ad lucrum captandum revendantur, quæ eſt *negotiatio propriiſſimè ſic dicta*: & inter *negotiationem, opificio, artibusque mechanicis, ſordidis maximè & vilibus, involutam & admixtam*, quæ, quia talia non niſi negotiando tractantur, & tractando non niſi negotiativè, & modo venalitiorum proprio expediuntur, eo ipſo, quod negotiatio Clericis ſimpliciter & indefinitè prohibita, in ſimul & vetita intelligi poteſt, tanq. ſpecies quæd. negotiationis latiùs acceptæ: vid. Molin. *d. J. & J. tr. 2. d. 339. num. 1. & 2.* Guil. Durand. *in ſpec. l. 4 part. 3. rubr. de Cler. conjug. num. 6. ſeq.* quamvis hæc talia, in ſpecie quoque inhibita Clericis inveniantur, ob nimiam, quæ iis adhæreſcit, vilitatem, ſorditiem, horrorem & averſationem præ illis, honeſtiores quæ occupare animos ſolet: ob id hoc majori cum dedecore & opprobrio

probrio à Clericis exercenda. Quo nomine notata præprimis deprehendimus officia & exercitia *carnificum*, *aut lanionum*, ſeu *macellariorum*, *atque tabernariorum*, *in Clem.* 1. *d. vit. & hon. Cler.* [illegible] *Nulli*, 3. *diſt.* 44. Bertach. *d. Gabell. p.* 3. *q.* 7. Specul. *d. l.* Farin. *fragm. crim. p.* 1. *lit. C. num.* 127. *ſeqq.* ubi ampliat etiam in eo, qui non pro[illegible] ſua [illegible] domini tabernam ſ. macellum exercet, *n.* 128. non minus & in eo, qui continuè, ſed ſaltem per dilucida intervalla exercet. *n.* 129. Pariter & [illegible] dit ad quascunque alias ſordidas, immundas & viles artes, veluti [illegible] fabri, coriorum aptatoris, ex Redoan. Montemaran. & aliis, *ibid. n.* 12[illegible] *ſeqq.* cum diſtinctione tamen quoad pœnarum diverſitatem, quod ſcil. *pœna amiſſionis privilegii Clericalis*, interminata *in d. Clem.* 1. ſaltem pertineat ad exercentes macellum aut tabernam, tanquam ſpecialiſſimè ibidem notatos; reliquos v., qui alias quascunque artes ſordidas pertractant, pœna ſaltem arbitraria manere debeat: *ibid. num.* 121. Cum quo itidem ſentit Diaz. *in pract. Canon. crim. c.* 69. *num.* 5. Gloſs. *in d. Clem.* 1. Menoch. *d. A. J. Q. caſ.* 412. Molin. *d. J. & J. d. tr.* 2. *d.* 342. [illegible] 2. ubi, quod, quia iſta Lex pœnalis, neceſſe ſit, ut omnia requiſita adſint, ut poſſit quis interminatam eam pœnam incurrere. Vid. omninò latè hanc in rem diſſerens, Henric. Lincken. *de Cler. artif. & negot. c.* 1. *n.* 43. *ſeqq.*

CAPUT V.

Regulam declarans per Limitationes.

PRohibitiva iſta Juris regula, Clericos excludens à negotiatione, varias admittit & patitur exceptiones.

Limitatur enim (1.) in *caſu neceſſitatis*, v. gr. ſi injuriâ temporum, bellicis fortè calamitatibus, funeſtisque aliis modis bona Eccleſiaſtica devaſtata fuerint atque erepta, reditusque intercepti, Auditores depauperati, nullaque alia remedia ſuperſint, unde perſonæ Eccleſiis inſervientes, debitum ſalarium, aut ſui ſuorumque ſuſtentationem ſperare aut conſequi poſſent; ſanè hoc in caſu Clericis nefas non eſt, negotiatione etiam lucrativâ, quâ res emuntur, ut immutatæ lucri conquirendi ergò revendantur, ſibi ſuisque, ut & Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire, & potiùs eſt, ut ita rei proſpiciant, quàm ut Eccleſiam ita indigentem planè deſerant. Textus notabilis hanc in rem eſt *in c.* 1. *x. Ne Cler. vel Mon.* ibi: *Nec tamen juſtum negotium eſt contradicendum*, propter neceſſitates diverſas, *quia legimus, S. Apoſtolos negotiatos*

E

Clericis licitum eſt negotiari (2), ubi id opus eſt *pro uſu domus ſuæ* [illegible] *familiæ ſuæ ſuſtentatione, aut ſuimet ipſorum meliori conſervatione*, *ac neceſ-ſaria quodammodo, prout & ſtatui Clericali convenienti, commoditate*; [illegible] tè, ſi ſalarium perexiguum ſit, ſi reditus nullo modo ſufficientes, nume-roſiorque & amplior eis ſit familia, quàm quæ inde [illegible] tiones in ſacris miniſteriis ex defectu neceſſariorum ſubſidiorum im-diantur, & quænam aliæ ejusmodi intervenire poſſunt circumſtantiæ, juſtum hactenus reddentes, quod abſtrahendo ab his ipſis [illegible] putabatur: in his ſanè & ſimilibus caſibus uti Clericis inconveni[illegible] eſt, artificio quodam, modò non ſit ex ſordidis, vilioribus, & Clericali ſtatu planè indignis, victum aliaque neceſſaria ſibi comparare, prout pluribus id confirmat Molin. *d. J. & J. tr. 2. d. 342. num. 16. & ſup. [illegible] nobis tradita*: ita nec adeò nefas haberi debet, ſi Clerici, maximè qui manibus ſuis operari, aut artificio quodam aliquid ſibi acquirere non valent, negotiatione, etiam propriè ſtrictèque ſic dictâ, eo tamen, quo fieri poteſt, honeſtiori modo, & obſervatis iis, quæ obſervanda in pro-ximè præcedenti caſu notavimus, ſuſceptâ atque celebrata, de his ipſis vitæ ſubſidiis ſibi proſpicere enitantur. Hâc ratione inter negotiatio-nes, Clericis prohibitas recenſenda non venit, quâ Clericus aliquis adeò pauper, ut aliter commodè ſuſtentari nequeat, alienum agrum ſibi con-ducit, ut ejus fructibus partim veſcendo, partim vendendo, ſe ſuosque ſuſtentet, hosque fructus revendit, & revendendo lucrum aliquod mo-deratum percipit. *c. dilecti, 8. x. d. decim. gloſs. ibid.* Laſſart. *d. l. n. 78.* Molin. *d. diſſ. 342. num. 11. in pr.* Gutierrez. *tr. d. Gabell. qu. 93. num. 75.* Nec illa, quâ Clerici in Braſilia aut India Orientali Eccleſiam plantan-tes, merces in Europam, ubi plus valent, mittere, & illic carius ven-dere ſatagunt, ut inde habere & repetere poſſint ſibi neceſſaria, & ad rem peragendam utilia. Molin. *d. num. 11. in med. usque ad fin.* quod, ſub adductis jam circumſtantiis non improbat Ziegl. *d. l. circ. fin.*

Limitatur (3) in negotiatione, quæ inſtituitur *in rebus, à Clericis revera in uſum ſui ſuæque familiæ emtis, ex ſuperveniente cauſa poſtmodum, quia eum in finem amplius opus non habent, aut ipſis nunc ſuperſunt, corruptionibus maximè ſi obnoxiæ, divendendis*: Hoc in caſu enim, quia ab initio animus aderat, œconomicè ſibi proſpiciendi, nullatenùs verò quæſtum faciendi, ex pri-mæva illa intentione actus iſte æſtimandus venit, non ex eo, quod ex poſtfacto accidit, adeoque licita haberi debet iſta rerum ſuperfluarum venditio, utut cum aliquo lucro & majori, quàm quo emtæ ſunt, pre-

tiò, eo tempore, eoque in loco ita currente, fiat, prout eam probant ex Paulo de Caſtro, Anton. de Butrio, aliiſque Farin. *d. l. num. 175.* ex Barboſ. Linck. *d. l. c. 3. num. 47.* Redoan. *d. ſpol. Eccl. q. 2. num. 49. ſeqq.* idque ex eâ ratione, quia cupiditas & intentio lucrandi, quæ negotiationem in perſonâ Clericorum illicitam reddit, hic deficiat, iſtaque venditio ex neceſſitate quadam fiat. Exinde ſi quis Clericorum pro reficiendâ vel extruendâ domo materiam ad id aptam emiſſet, mutato poſtea conſilio, conquiſita iſta ligna & cæmenta licitè vendere poteſt, Sim. *d. Merc. c. 4. n. 73.* vel ſi pro uſu ſuæ familiæ cereviſiam Clerici vel coquant, vel aliunde emant, in eâ quidem quantitate, quâ indigent, conſuetoque aut conceſſo doliorum numero, quod vel ex arbitrio Conſiſtorii, vel receptâ conſuetudine pendere ſolet, vid. Carpzov. *Juriſpr. Conſiſt. L. 1. def. 146. ſeq.* eaque fortè aceſcere incipiat, vel ejus bonitatis non ſit, quâ deſiderabatur, vel ex ſtatu ſubitò decreſcentis familiæ tardiùs abſumatur, ita ut metuendum ſit, ne durante tardioris iſtius uſûs tempore, à bonitate ſuâ deficere incipiat, & propterea maturè vendant, vel quia eâ amplius opus non habent, vel quia recentius coctam, aut meliorem ſibi pro eodem forè, aut planè minore pretio comparandi occaſionem habent; hæc negotiatio inter vetitas eas nequaquam computanda eſt: Modò tamen abſque fraude & dedecore, omnia agantur, quod maximoperè providendum, Carpzov. *d. l. def. 148.* ubi præjudicia.

(4.) In negotiatione non lucri, ſed *charitatis exercendæ cauſa, ſuſcepta*, veluti ſi emerint ad victum neceſſaria, ut abundent tempore famis, non ſolùm pro uſu ſuo, ſed etiam, ut indigentium neceſſitati eo tempore ſuccurrere, eaque ipſis pro pretio, tunc temporis currente, vendere queant; licita & laudanda eſt hæc negotiatio, etiam in Clericis omninò, utique ſi eo animo ea coëmerint, videntes, quomodo ea ab aliis ob abundantiam vel nimio abuſu conſumantur, vel immoderatè ad extraneos transferantur, vel aliàs quoad ea debita diligentia atque cura non adhibeatur, non verò principaliori eo fine, animo atque ſtudio, ut cariori revenditione divitiæ corradantur, in quo Clericus graviùs peccare dicitur, quàm Laicus, *c. Quicunq. c. 14. q. 4. c. 1. X. d. empt. vend.* Redoan. *d. q. 2. num. 48. ſeqq.* Farin. *in fragm. d. l. num. 176.* Quod multò magis procedit, ſi ea victualia, quæ vocant, ab initio merè pro ſuis uſibus emerint, & poſtea ſuperveniente tali neceſſitate aliis pro eo pretio, quo tunc temporis valent, vendant. Redoan. & Farin. *dd. ll.*

(5.) In

(5.) In negotiatione, à Clericis in ſpecie [illegible] in finem inſtituta, *ut lucrum, licito aut honeſto quodam modo inde redactum, pauperibus atq; infirmis erogetur, aut ad peregrinantes hoſpitio excipiendos, aut defunctos pauperes ſepulturæ tradendos, impendatur, & qui ſimilis alii* [illegible] *& religionis favor eſſe poteſt, cui lucrum ita quæſitum laudabiliter* [illegible] *& conſecratur. arg. c. Presbyter, 2. diſt. 91. c. 1. X. d. celebr. miſſ. l. 2. C. d. Ep. & Cler.* Licita ex hoc fine negotiatio redditur, quæ ex alio, divitiarum corradendarum, fine, in Clericis præſertim reprobato, aliàs illicita eſſet: quò pertinet illud, quod traditur *in c. gloria, 71. c. 12. qu. 2.* Gloria Epiſcopi eſt, pauperum inopiæ providere; & ignominia Sacerdotis, propriis ſtudere divitiis. Scacc. *d. commerc. d. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 1. n. 7. ſeqq.* Ziegl. *d. Jur. Maj. L. 1. c. 41. num. 18. circ. fin. & ad Lancellot. L. 1. t. 12. verb. Etiam honeſto negotio.* Dn. Stryck. *in addit. ad Brunnem. Jus Eccl. d. §. 7. in fin.* Simon. *d. mercat. c. 4. §. 3.* Franc. Duaren. *d. Sacr. Eccl. miniſt. & beneſic. l. 7. c. 10. in fin., ubi in genere*, quod negotiatio, artificiumvè honeſtum, unde ſibi & pauperibus victum parant, Clericis non videatur interdictum eſſe, ſi non ideò officium ſuum deſerant.

(6.) In negotiatione, *per venditionem, aliamvè ſimilem diſtractionem rerum ſuarum, quas vel ex propriis ſuis poſſeſſionibus aut animalibus, vel ex decimis & beneficiis ſuis ſuperfluas tenent, oeconomicè & moderatè, prout Clericos decet*, ſuſcepta & peracta: quæ pro illicita haberi non poteſt, quatenus & hæc ipſa pertinet ad victum, variasq; neceſſitates alias, quibus vel ſibi, vel liberis ſuis maturè proſpicere poſſunt, imò debent, ne tempore calamitatum, ſive illi ſive hi, maximè poſt mortem Parentum, ut fieri ſolet, egeant; & quatenùs omninò providendum, ne, quæ in ſalarium deputata ſunt, maximam partem infructuoſa iis reddantur, quod fieret omninò, ſi planè diſtrahere non liceret. Exindè non improbatur, ſi Clerici vel Monachi animalia ſua, oves, boves, quos habent ex decimis, ex aliquâ ſucceſſione, aut aliàs ſibi datos, locent: ſi habentes paſcua multa, propria ſibi emant animalia, ad illa depaſcendum: ſi oleum, vinum, & alia ex fundis ſuis recollecta vendant: *per c. Clericus. diſt. 91. c. Nunq., d. conſecrat. diſt. 5. c. Quanq., d. celebr. miſſ. & ibid. Abb. & Gloſſ.* Gutierrez. *d. l. num. 70.* Redoan. *d. q. 2. n. 14.* & poſt multos alios Farin. *d. l. n. 172.* utut cariori pretio eo ſc., quo tunc temporis communiter res veneunt: poſt Lopez. Montemaran. Farin. *d. l. in fin.* Confirmat id egregiè Seren. Electoris Saxon. Ord. Eccl., in articulis generalibus, *tit. 16.* ita edicens: Es ſollen auch die Pfarrer ſich aller unehrlichen Handthierungen / wie

Digitized by Google

auch deß Weins = und Bier = Schenckens / Kauffmannſchafft / Verkauffs auff Wucher / und dergleichen Händel / gäntzlich enthalten: Das aber beſonders von Wein = und Bier = Schencken iſt vermeldet / ſoll alſo verſtanden [illegible] NB. Da den Kirchen = Dienern eigener Wein [illegible] / oder [illegible] cem geficle / oder / ꝛc. daß Ihnen ſolches bey Faſ[illegible] und Tonnen / andern Leuthen zu verkauffen / ungewehret [illegible] ſoll: apud Ziegler. *d. l.* §. *19.* Non minus & Cynoſura Eccleſiaſtica Ducatus Würtembergici, *c. 3. pag. 244.* ibi: Mögen wol Wein / ſo Ihnen ſelber wächſt / oder Sie von Beſoldung haben / in Ihren Häuſern außſchencken / und darinnen zehren laſſen; doch ohne Geſtattung der Unfugen / und daß Sie kein Handwerck darauß machen. Et latè hoc convalidat Link. *ſæpiùs cit. tr. c. 3. num. 41. ſeqq.* ubi, quod praxis moderna in Eccleſiis utriusque religionis affatim id comprobet: Et *num. 51. ſeq.* ubi provocat ad declarationem *Congregationis Cardinal. Concil. Trident.* à Barboſa, *in Jur. Eccl. L. 1. c. 40. num. 127.* ſollicitè, quia peculiaris pl[illegible] eſt, propoſitam, juſtitiam hujuſcemodi negotiationis in perſonis Clericorum per varia capitula, variasque circumſtantias ſpecialiùs demonſtrantem.

Limitatur illa regula prohibitiva, (7.) *ſi facultatem res divendendi aut negotiandi Clerici exercent ex jure, rei, ad ſe pertinenti, inhærente:* v. gr. ſi Clerici jure ſucceſſionis fortè, aliové, domos braxatorias, aut œnopolii nacti, & in ordinem Sabajariorum, quos vocant, relati ſunt, tunc, ut ut commercium braxatorium, aut vendendi vini quà Clericis ipſis eſt denegatum, quia tamen tales domos poſſident, hoc jure gaudentes, vid. Carpzov. *in Juriſpr. For. p. 2. c. 6. def. 6.* Mev. *ad Jus Lubec. L. 3. t. 12. a. 12. num. 9.* Tabor. *d. Jur. Cereviſ. c. 2. §. 7.* Fritſch. *d. Jur. Oenopol. c. 2. num. 34.*, ubi, quod hoc jus rei inhæreat, veluti ſervitus & jura realia, adeò ut ſeparatim à domo vendi nequeat, add. tamen. Golwin. ab Esbach. *in addit. ad Carpzov. d. defin. 6. num. 7.* ubi, quod hâc de re inprimis ex ſtatutis, & conſuetudinibus locorum judicandum ſit; & quia hactenùs conſiderantur ut cives, oneraque civilia pro ratâ & reſpectu iſtarũ ædium ſuſtinere coguntur, *L. 5. C. d. SS. Eccl. l. 6. & l. f. C. d. Prof. & Med. L. 5. C. d. an. & trib. L. 21. C. d. Dec.* Carpz. *p. 3. c. 16. d. 10. n. 4.* hoc reſpectu, ab iſto commercio ſimpliciter excluſi cenſeri non debent. Aug. Benedict. Carpz. *d. jur. brax. c. 2. §. 2.* Conſonat paulò abhinc adducta Ord. Eccl. Elect. Saxon. *tit. 16.* ibi: Das aber beſonders von Wein = und Bier = Schencken iſt vermeldet / ſoll alſo verſtanden werden / da den Kirchen = Die=

Dienern eigener Wein wüchſe / ꝛc. oder NB. eigene Häuſer hätten daranff Sie zu brauen befugt / daß Ihnen ſolches bey Fäſſe / Eymern / und Tonnen / andern Leuthen zu verkauffen / ungewehrt ſeyn ſolle. Apud Ziegler. *d. l.* Quod autem in hâc ipſâ Ordin. licentia vendendi expreſsè reſtringatur ad eam, quæ fit ἐν ὁμάδι, en gros, bey Faſſ Eymern / und Tonnen / id ratione nititur præcavendæ majoris indecentiæ & ſcandali, ne Clerici eâ occaſione prolabantur in ſordiduma liquid, & iis ipſis, quod ſuperiùs jam notavimus, nimis probroſum tabernæ cereviſiariæ aut vinariæ exercitium, quod omnimodò vel ſub pœna remotionis ab officio ipſis eſt prohibitum: ibi: Allein / daß Sie nicht ſchencken / Zeichen außſtecken / oder Gäſte zur Zeche im Hauſe ſetzen / darauß groſſe Ärgernüſſe der Kirchen / und Ihnen / den Pfarrern / mehrmals groſſer Schimpff / Spott / Gefahr / Nachtheil und Schaden erfolget: Derowegen es keinem Kirchen-Diener geſtattet / ſondern bey allen mit Ernſt abgeſchaffet werden ſoll / und da ſich einer anders / denn wie gemeldet / verhalten würde / ſolle Er alsbald ſeines Ampts entſetzet werden. Quæ ratio efficit, ut hæc prohibitio exercitii tabernarii ſtringat, uti quoad ædes parochiales, ita & quoad ædes Clericorum proprias, ut id jus braxandi iis, velut aliquod jus reale inhæreat, uti rectè obſervavit Ziegl. *d. l. p. m. 688.* addens, quod exindè cum grano ſalis accipiendum ſit hactenus, quod vulgò à Doctoribus dicitur, licere Clericis vinum, oleum, frumentum, ſibi natum, vendere, neque id probroſum aut indecorum eſſe. Quò moderatius enim commercia, Clericis contra regulam permiſſa, accipiuntur & exercentur; hòc magis id convenit dignitati Clericali, quæ, quò remotiorem ab omni ſorditie, aut ſaltem ab ejusdem ſuſpicione ſe præbet, hòc majori veneratione digna eſt & manet; undè tantò feliciorem muneris, ſanctè obeundi, ſucceſſum ſperare licet.

Limitatur (8.), ſi *ſpeciali aliquo privilegio Jus certo quodam modo negotiandi impetrârunt*, ex. gr. jus cereviſiæ in ædibus ſuis, braxandi jure aliàs & per ſe planè expertibus, non tantùm pro ſe & familia ſua, ſine collectarum onere coquendæ, aut aliunde coëmendæ, vid. Fürſtlich. Sächſiſch. Gothaiſche Lands-Ordnung / *p. 1. c. 5. t. 1. §.* So wollen wir auch / ꝛc. ibi: daß Sie für Ihrem Tiſch zur Nothdurfft brauen / oder ſonſten bey Vierteln / Tonnen / oder Faſſen einlegen / aller Aufflage frey und unbelegt ſeyn ſollen. Quod vocant beneficium *liberi potûs*, den freyen Tiſch-Trunck / quod ne contra fas & æquum extendatur,

modus

modus & numerus doliorum & modiorum determinatus eſſe ſolet, velnti in Ducatu Sax. Gothano annuatim octo modios, 8. Malter/ braxare tantummodò licet. Aliquando tamen, reſpectu habito vel ad familiam, vel ad labores auctiores, circa iſtum numerum diſpenſari, imò illi, qui bi[illegible] eſt Paſtoratui, hoc duplicari ſolere, quò præmium [illegible]ibus re[illegible]ondeat, *arg. l. 15. §. 6. ff. locat. l. 3. §. 12. ff. d. re milit.*, *c. tum capella, 16. x. de privil.* Gail. *1. O. 30. num. 2.* teſtatur & firmat Nehring *in diſſ. inaug. Lipſ. de privil. Paſtor. c. 2. privil. 5. num. 48. ſeqq.* ſed & aliis pro parte divendendæ: cujus rei veſtigium aliquod deprehenditur in modò laud. Ord. Eccl. Sax. El. *tit. 16.* ibi: oder Sie auff der Pfarr/ oder ſonſten Gerechtigkeit hätten/ Bier zu brauen/ mehr denn Sie zur Haußhaltung bedürffen/ ꝛc. ap. Ziegl. *d. Jur. Maj. d. l. junct. tit.* von Imunitatibus und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. So wollen wir auch. ibi: Von den Bieren aber/ die auff Jhren Erb-Häuſern auff den Kauff brauen/ ſollen Sie ſich/ wie andere unſere Unterthanen verhalten/ es wäre dann deſſen einer oder mehr von Uns ausdrücklich befreyet/ vid. Carpz. *in Juriſpr. Conſt. l. 1. t. 9. d. 148. num. 3. ſeqq.* Cujusmodi etiam in Nobilibus Germaniæ locum obtinere, teſtatur Limn. *d. Jur. publ. l. 6. c. 5. num. 79.* Quo jure dum intra terminos conceſſionis utuntur Clerici, nemini faciunt injuriam. Hôc etenim, uti & ſimili alio, titulo uſurpatio rei cereviſiariæ alteriusvé negotiationis non modò fit juſta, ſed etiam iis, quibus aliàs interdicitur, honeſta, Mev. *p. 2. d. 3. num. 5.* add. *p. 3. d. 156.* quamvis, ſi ejusmodi privilegium ab initio non malè conceſſum, ſucceſſu temporis, ex aliis ſupervenientibus circumſtantiis lædere incipiat, præſertim Remp., protinùs abolendum veniat, *c. ſuggeſtum, x. d. decim.* per plures alios textus & rationes optimè Oldendorp. ap. Laur. Kirchov. *vol. 4. conſ. 20. q. 3. num. 2. ſeqq.* probat in controverſ. inter Clerum & Magiſtratum Colonienſem de negotiatione vinaria, &c. ventilata.

Non minus & (9.) ſi *mediante transactione cum civitate, ubi degunt, deſuper initâ, jus certos intra terminos commercandi, ſibi quæſiverunt*; quod ſi ſub eâ cautelâ, eâve reſtrictione; quâ ſive ratione *objecti*, quasnam & quales res venundare, ſive ratione *temporis* definiti, intra quod easdem, ſive ratione *menſuræ*, quantum de rebus illis, ſive ratione *ſubjectorum*, quibus eas diſtrahere licet, iſta facultas conceſſa eſt, exercent, pro illicito id planè haberi non poteſt, modò de cetero & ratione *modi agendi* eam ob cauſam non omittant ea, ad quæ ex officio Clericali aliàs

teneu-

teneantur, uti in ſimili rectiſſimè monent Molin. *d. J. & J. num. 36.* & Gutierrez. *tr. d. gab. qu. 92. num. 49.* Inſig... transactionis & negotiationis, transactione, autori... deinceps confirmatâ, Clericis permiſſæ, exemplum ... tiſs. Urbe Patria Ratisponæ, ubi quoad memorata... mnes, inter Clerum & Magiſtratum *ratione vini* d... Anno 1484. determinata & transacta habetur; §... ubi diſponitur (1.) Ratione *perſonarum*, quibus ... data eſt; daß nehmlich all- und jegliche Geiſtlic... ausgenommen/ in der Stadt Regenſpurg wohnen... præfiniti *temporis*: an dem erſten Tag deß Novembr... Monaths/ in ewigen Zeiten anzufahen/ biß zum En... Januarii, zu nechſt darnach folgend/ ohne Unterlaß. (3.) Ratione *rerum vendibilium*: alle Ihre Weine/ ſo Ihnen von wegen ... in Anſehung Ihrer Prælatur, Abtey/ Conventen/ Würdigkeit/ Lehen-Lehen der Kirchen/ Beneficien und Aempter der Geiſtlichen/ (doch ... inner der Stadt Ringmaur ſeynd) zu gehören und zuſtehen. (4.) Ratione *menſuræ*, an groſſer und kleiner Maaß/ wie die iſt/ un... mag. (5.) Ratione *perſonarum*, quibus Clerici vendere poſſunt ... Menſchen/ Sie ſeyen Innwohnern der Stad... der Außländer/ wer Sie ſeyn/ frey verkauffen und ſchencken/ und deſſelben auch offene Zeichen aufſtecken/ oder außhengen und halten mögen/ ꝛc. Jungat. §. Darum wir/ ubi earundem circumſtantiarum, maximè ratione *temporis*, *menſuræ* & *ſubjectorum*, quibus vendere licet, ulterior habetur declaratio, hoc quidem modo daß balden/ ſo vorgemeldte 3. Monat verſchienen/ ehegedacht. geiſtliche Perſonen obberührte offene Zeichen hinweg thun ſollen/ Ihnen auch weiter nicht geziemen/ Ihren Wein zu verkauffen/ non quidem reſpectu omnium & ſingulorum hominum in urbe verſantium, civium & forenſium, perſonarum Eccleſiaſticarum & Laicarum, ſed ſaltem ratione certorum individuorum, nempè incolarum civitatis, eorundemque ſaltem Laicorum, der Stadt verwandten Layen: Nec porrò ſimpliciter ratione harum perſonarum, quoad omne menſurarum genus, ſive minuta ea ſit, ſive groſſa, ſed ſaltem quà minutam, in einigerley kleinem Maaß: Ratione perſonarum Eccleſiaſticarum verò & forenſium ſimpliciter per omnem menſuram, totumque annum ejusmodi vinum divendendi licentiâ data: Doch den geiſtlichen Perſonen/ und auch denen Außländiſchen in allerley Maaß/ groß oder klein/ durchs gantze Jahr

F ver-

Digitized by Google

verk[illegible] / und deßhalben Schrifften an der Porten / oder gelegenen
E[illegible] [illegible]ffmachen / oder außſchreyen thun mögen / dadurch verkün-
det [illegible] [illegible] und wie theuer der Wein geſchencket werde / &c. Quoad
[illegible] viſiæ v. res aliter, & quidem per Tranſactionem, Anno
[illegible] & non minùs Cæſareâ authoritate confirmatam, § So
[illegible]ns / & quidem ratione *Clericorum in genere*, ita deter-
[illegible]r, daß zwar die Geiſtliche insgeſamt / und deren
Aus[illegible] [illegible] Bier-Verkauffs / ſo wol Faß-als Maaß-weiß
ins[illegible] ſich enthalten; Jedoch aber denenſelben unverwehret
[illegible] [illegible]en ſeyn ſolle / etwan ein Fäßlein Bier auff Ihre Hö-
[illegible] zu Ihrem Behueff mit ſich zu nehmen / und dahin füh-
[illegible] zu [illegible] viel weniger Ihren bey den Gottes-Dienſt brauchenden
Prieſtern / Beampten / und Dienern / wie auch Ihren Advocatis, Pro-
curatoribus, Pharmacopolis und Chirurgis, ſo dann denen Handwercks-
Leuthen / deren Sie ſich etwa zu Ihrer Nohtdurfft auß der Burger-
ſchafft bedienen / und gebrauchen möchten / in mangel baaren Gelds /
das je[illegible]ige Bier / ſo beſagten Geiſtlich. etwan überſchüſſig ſeyn möch-
te in [illegible] und an Bezahlungs-ſtatt zu überlaſſen / &c. ubi no-
tandum, quod commerc[illegible] cereviſiæ Clericis, *quà venditionem, ſimpli-
citer* denegatum; Quà *dationem in ſolutum* v. *certis quibusdam in terminis*,
& quidem reſpectu earum perſonarum, *quarum operâ*, utut ſint ex nu-
mero civium, utuntur, & non quoad alios: nec *ſemper aut promiſcuè*, ſed
in caſu *deficientis pecuniæ numeratæ*: & ſaltem quoad id, quod ex cerevi-
ſia ipſis *fortè ſuperfluum* fuit. Ratione *Epiſcopi* autem *in ſpecie*, licentior
quædam facultas negotiandi in cereviſia relicta eſt, reſpectu ſcil. *objecti
aut menſuræ*, ita ut haud interſit, an in groſſâ, an in minuta vêdat men-
ſurâ; quamvis cum reſtrictione ex parte *ſubjecti*, cui vendere poſſit, nem-
pè perſonis ſaltem *Eccleſiaſticis*, & *harum miniſtris*: uti id patet ex §. Und
obwohlen / verbis, hanc in rem ita conceptis: Und obwolen 12. / ex
parte E. E. Raths die Beſchwehr- auch Erinner- und Anſuchung geſche-
hen / daß deß allhieſigen Biſchoffs Fürſtl. Gnaden Bier-Schencken
ein- und abgeſtellet werden möchte: So haben ſich jedoch S. Fürſtl.
Gnaden / als ein freyer / ungemittelter Reichs-Fürſt und Stand ſotha-
nen Bier-Schenckens in dero allhieſigen Reſidenz, als Ihrem unge-
zweiffelten Territorio nicht begeben wollen; damit aber gleichwol auch
bey dieſem Paſs alle Weitläufftigkeit abgeſchnitten / und gute nachbar-
liche

liche Einigkeit um ſo viel mehr ein- und fort gepflantzet werden möchte: So haben ſich endlich Hochgedacht. Ihro Fürſtl. Gnaden/ ſo dann auch wolernanter Ehrſamer Rath dahin nachbarlich vereinbaret und verglichen/ daß zwar S. Fürſtl. Gn. in dero Biſchöf[illegible] allhie Bier Faß- und Maaß-weiſe zu verkauffen/ jedoc[illegible] Reſtriction, frey und bevor ſtehen ſolle/ daß ſolches [illegible] noch Außländiſchen/ noch andern frembder [illegible] allein den Geiſtlichen/ Ihren Miniſtris und [illegible] gelts ohne das befreyten Perſonen außgefolgt und [illegible] aber einige Gefahr nicht gebraucht werden ſolle/ [illegible] patet, Clericos, ſi intra terminos conventionis & tranſactionis negotientur, licitè omninò; ſi verò eos quomodocunque, ſive in hoc ſive in illo articulo, [illegible] modò notatis excedant, illicitè planè verſari, ſpretis aut ſuæ [illegible] habitis & honeſtatis aut decentiæ & juſtitiæ regulis, quod iis ipſis nimis probroſum.

Nec aliud ſtatuendum eſt (10.) ſi fortè aliquo in loco *conſuetudine* jam inductum ſit, ut certum aliquod negotiationis genus, maximè temperatiori eo modo, quo hactenus explicavimus, exercitum, Clericis non indecorum reputetur; tùm enim in tali commercio [illegible] impediuntur, tanquam hactenus non amplius prohibiti. Conſuetudo enim ex illicito licitum reddere dicitur, Bartol. *in l. Quid ſit fugitivus, 17. §. ap. Labeonem, 12. ff. d. Ædil. Edict.* Cravett. *conſ. 145. num. 12.* cum vim legis habeat, *l. 32. pr. & §. 1. ff. d. legib.* legemque priorem quoque abrogare poſſit, *§. 11. J. d. J. N.* G. *& C. §. 3. J. d. legit. agn. ſucc. l. 1. §. 1. C. d. cad. toll.* proindeque ſine dubio & negotiationis prohibitionem, Clericis ſimpliciter factam laxare aut modificare poterit, perinde ac ſi per diſpenſationem expreſſam Legiſlator eam remiſerit. Neq; n. dubium eſt, quin per conſuetudinem induci poſſit, quod privilegio concedi, Oldrad. *conſ. 172.* Anchoran. *conſ. 150.* & per præſcriptionem introduci poteſt, Tuſch. *lit. C. concl. 809.* quin & id ipſum, quod turpitudinis negotiationi Clericorum adhærere dicitur, conſuetudine elui & emendari queat, cum iſtiusmodi negotiatio probrum contineat, non naturâ tale, in quod conſuetudo nil poſſit, *arg. l. 42. ff. d. V. S.* vid. quæ diſſeruimus *c. 1.* Neque v. ubi negotiatio vel per expreſſam quandam diſpenſationem, vel ſaltem per tacitam, Clericis, ſub certâ utique moderatione, eſt permiſſa, dignitati Clericali eam officere exiſtimandum eſt, cum ea ipſa permiſſio aut diſpenſatio eam ſalvam atque illæſam præſtet: non ſecùs, ac ubi

 vel

Digitized by Google

vel leges vel mores civitatis Nobilibus, de cetero etiam ex eâ ratione, quia inconveniens videtur Nobilitatis dignitati, interdictam negotiationem indulgent [illegible] nulla inde macula Nobilitati inuritur, poſt alios Limn. *d. J. Publ* [illegible] *num. 79.* ubi, quod in plerisque Germaniæ locis, Nobili. [illegible] ſit, cerevisiam coquere, non tantùm pro familiâ ſua, [illegible] & in [illegible], ut aliis vendant, Tab. *d. Jur. Cereviſ. c. 3.* §. 4. [illegible] Klock. *d. ærar. L. 2. c. 11. num. 9.* qui ſcribit, Nobiles [illegible] e excuſari, cum conſuetudine non poſſit honeſtum reddi, quod [illegible] m ſuâ natura contineat. Prout & in genere de mercatura, cum Nobilitate compatibili an incompatibili, mirum quantum, etiam unius ejusdemque regionis gentium, liceat deprehendere varietatem, quod notavit modò laud. Limn. *d. l. num. 71. ſeqq. plur.*; ubi quod in Germania Mercaturam Nobilitas nullo ſeculo exercuerit, niſi hoc poſtremo, quo jam pleraque majorum præclara inſtituta in peſſimos mores abierunt: quanquam ne hodiè quidem omnibus per univerſam Germaniam Nobilibus decorum id ſtudium habeatur, ſed iis tantùm, qui exteris provinciis circa Rhenum & Danubium Alpesque contermini exiſtunt: quibus congemina tradit Joh. Dietric. von Gülich / *in contin. annotat. Fabi* [illegible] *Mynſ. Centur. 4. O. 54.* addens, apud Venetos tamen & Genuenſes, ut & Florentinos, non minùs & Lucenſes, citra detrimentum generis mercaturam à Nobilibus exerceri, ex Limn. Paruta, & Tiraq. *d. Nobil. c. 33. num. 21.* de Hollandis itidem provocans ad Grœneweg. *ad l. 3. C. d. commerc.* de Hiſpanis, Chinenſibus, Luſitanis, Livonib. aliiſque ad Luc. Langermann. *diſſert. ſub Præſid.* B. Dn. Lauterb. *d. Jur. in Cur. Mercator. uſit. θ. 33.* id quod iisdem non tantùm, ſed & pluribus exemplis atque authoritatibus corroborat Anſald. de Anſald. *diſc. legal. de commerc. & mercat. diſc. 36. num. 75.* Quæ varietas in determinando aut amittendo eo, quod vel decorum vel indecorum huic vel illi ſtatui reputari poſſit, indè reſultare videtur, quod dignitatis nomine cenſeatur, quicquid ex conſuetudine ita exiſtimatur. Guil. de Monferrat. *tr. d. ſucceſſ. reg. dub. 1. num. 46.* Bertrand. *vol. 3. conſ. 2. num. 20.* etiamſi ſit Eccleſiaſtica, Anchor. *l. 3. q. 81. num. 52.* Gutierrez. *l. 3. & 4. pract. qu. 16. num. 137.* Joh. Nolden. *d. Stat. Nobil. c. 22. §. 2. num. 121. ſeq.* Unde quoque nec ipſis Clericis mercaturam *Jure Civili* ſimpliciter inhibitam deprehendimus, nec in *Gallia*, nec in *Hiſpania*, uti ſuprà *c. 3.* ex modò laudatiſs. B. Dn. Lauterb. *θ. 36.* jam adduximus. Quò majori tamen cum cautela, quòque temperatiorem in modum à perſonis his de cetero prohi-

Digitized by Google

prohibitis, ex diſpenſatione tamen quâdam, certisque ex cauſis ſingulariter admiſſis, negotiatio exerceatur; hôc minùs dignitatis ſplendori, & candidiori puritati ejusdem decedet. Quamobrem [illegible] omninò permiſſione hâc tales utuntur, ſi non minutatim, qu [illegible] & mangonum magis eſt proprium, ſed potiùs groſſiori mo [illegible] Limn. *d. l. num.* 77. ut & ſi per miniſtros ſuos aut al [illegible] Fernandez. *Exam. Theol. Moral. q. 4. c. 5. §. 8. nu* [illegible] *roch. p. 1. c. 6. num. 41. & 45.* Dn. Stryck. *in not. a* [illegible] *d. l. 1. c. 6. m. 10. §. 7.* Tab. *d. Jur. Cerev. d. c. 3. §. 4.* ubi [illegible] illa juris regula, quæ proponitur *in l. 2. §. 1. ff. d. admin. rerum ad civit. pertin.* quâ, quod quis ſuo nomine exercere prohibetur, nec per aliam perſonam expedire poſſe dicitur, non aliter accipi debeat, ac de caſu *durantis adhuc prohibitionis*; officium ſuum autem perdat, in caſu *prohibitionis, ſive privilegio, ſive conſuetudine relaxatæ*, ita ut nunc illi ipſi, qui vi & poteſtate hujusmodi relaxationum ad aliquod mercimonii genus admiſſi ſunt, tantò fidentiùs per alios id exercere queant. Quod autem hic dicitur de prohibitionis negotiationum relaxatione, mediante privilegio aut conſuetudine, in favorem certarum perſonarum noviter [illegible], id tutò transferre licet ad omnes & ſingulos caſûs, quibus negotia[illegible] es Clericis quomodocunque permiſſæ exiſtunt, veluti ad venditionem frumenti, vini, ex fundis ſuis, ex decimis, ex ſalariis ſuis percepti, ad negotiationes, ex neceſſitate ſive abſolutâ, ſive hypothetica, in ſui ſuorumque ſuſtentationem ſusceptas; ad negotiationes, vi tranſactionis, licitisque aliis modis, *de quibus haſtenus*, conceſſas atque exercitas, quippè quas omnes, quò temperatiùs & per alios exercentur, hôc honeſtius & fidentiùs expedire licet; hôc juſtiùs quoque iis in locis, in quibus pariter ac cives alii, ad onera, ſive ex negotiationibus licitis, vid. B. Dn. Lauterbach. *d. Jur. in cur. merc. uſit. th. 36.* ubi de Gallia & Hiſpania, immunitatem hô[c] in paſſu ne Clericis quidem concedente, *& ſupr. c. 3. in fin.* ſive ex poſſeſſionibus ſuis, vid. Klock. *d. Contrib. c. 12. num. 229. ſeqq. & cumulatim ibid. adduſti*, ferenda adſtringuntur. Quâ negotiationum, honeſto & licito aliquo modo exercendarum, permiſſione uti Clerici gaudent; ita nec Profeſſoribus Academicis, qui omnes, utut Ordini Clericorum ſimpliciter adſcribendi non veniant, immunitate & jure perſonarum Eccleſiaſticarum tamen æquiſſimè fruuntur, vid. Ziegler. *d. Jur. Maj. l. 1. c. 33. §. 11.* ea nullo modo invidenda venit: quam in rem adducere malumus verba laudatiſſimi Ziegleri, æquitatem ejusdem variis rationibus demonſtrantis,

d. tr. l. 1. c. 41. §. 20. his ipſis concepta: *Quemadmodum Clericis in caſu alimentorum deficientium honeſta negotiatio denegari nequit; ita nec Profeſſoribus, quippe qui plerumq; ejus commatis ſunt, ut, licet votum paupertatis, quod mona[illegible] ... uam nuncupaverint, eidem tamen æquè obſtricti, quaſi ... gant: dum enim noſtrâ hac parùm felici ætate idem ſala... ibus (imò ne penditur quidem, plerâq; parte redituum ... od datum eis fuit ſeculo præterito, quo annona fuit vi... conducta pretio, ſervorum ancillarumq; mercedes & ſalaria ... impenſa tenuior, & præſtationes publicæ moderatiores:* Menoc... *Q. caſ. 514. num. 10. fieri non aliter poteſt, quàm ut in fata concedentes, famam quandoq; ſibi, Liberis & familiæ v. famem ut plurimum relinquentes,* vid. Lim n. *d. Jur. Publ. L. 8. c. 3. num. 22. ſeqq. Quis ergò invidere velit eo caſú Profeſſoribus Lucellum aliquod, ex negotiatione quæſtum, quo utcunq; ſuſtentationi familiæ conſulere poſſint. Et mallem quidem ego, eos, uti ab omni negotiatione, ita inprimis à venditione cereviſiæ, à ſe coctæ, abſtinere; ſed enim in diverſa omnia cogunt hodiè præſtationes publicæ, in immenſum auctæ, quibus dùm onerantur poſſeſſiones & prædia, nemo eſt, qui illis ferendis qualicunque quæſtûs genere ſufficiens eſſe queat. Aut igitur Profeſſori... vendenda ſunt prædia, à majoribus ſuis plerumq; comparata, & ad ſe devolu..., aut accipie... quæſtus, conditioni ſuæ interdum minùs conveniens. Poſterius hoc, dum meliora ſperamus, plerumq; eligitur, non invitis legibus publicis, quæ id Profeſſoribus æquè ac Clericis non prohibuerunt. Moderatè tamen nihilominus & multo cum temperamento commercii iſtud genus exercendum, & ab omni ſordium genere abſtinendum eſt, ne infamentur bonæ literæ, & earum ſectatores.* Hæc Zieglerus. His conſequens eſt, quod etiam in eo caſu, ubi Profeſſoribus aut membris Academicis mercaturæ exercitium ſpeciali quâdem diſpoſitione in genere prohibitum invenitur, uti de Philippo, Haſſiæ Landgravio, quod ſc. ad exemplum Clericorum Doctoribus, Profeſſoribus & membris Academiæ Marpurgenſis negotiari non permiſerit, referunt Johann. Marquard. *d. Jur. Mercat. θ. 6. lit. f.* Kirchner. *diſſ. d. Rep. t. 13. θ. 1. lit. d.* Simon. *d. Mercat. c. 4. §. 3.* hoc cum grano ſalis accipiendum ſit, & limitatè ad caſus, per exceptionem permiſſos, non ſecùs ac de Clericis. Et plurimùm omninò, uti alibi ita & hìc attendi debet mos cujuscunque regionis, *L. 31. §. 18. ff. d. Ædil. Edict.* Carpzov. *p. 2. c. 46. def. 17. num. ult.* poſt Alciat. *in L. Mercis. ff. d. V. S. & d. præſumt. reg. 1. præſ. 48.* Mynſ. *6. O. 54. num. 11.* ubi in ſimili prohibitionem negotiationis in perſonis Nobilium tùm ex ſuprà memora-

tis circumſtantiis, tùm in ſpecie ex conſuetudine regionis, quæ indubiè ſervanda, temperandam eſſe monet: Prout & temperanda venit ex eo, quod *tranſactione*, ſi quæ fortè intervenerit, definit[illegible] [illegible]quis conceſſum, ita ut in hoc libera ſit negotiandi facultas.

Quemadmodùm inſigne ejus rei exemplum oc[illegible] [illegible] lustri EBERHARDINA Univerſitate, inter quam [illegible] gensem ratione vinorum, à Profeſſoribus ceter[illegible] [illegible] [illegible]em-bris quotannis liberè vendendorum, tranſactio A[illegible] [illegible]ta eſt, vi cujus omnibus Academiæ membris in vinis, ſive ex [illegible] propriis, ſive ex reditibus ſuis, ſibi natis, pro ſalario perceptis, [illegible] aliundè donatis, & eo, quod ipſis ſingulis annis indè reliquum manet, integra relinquitur commercandi licentia; in vinis v. coëmtis, & ſimili alio mod[illegible] conquiſitis, licentia iſta reſtringitur, & quidem in Profeſſoribus, Syndico & Notario, ſive hodiè Secretario, usque ad 1[illegible] amphoras, ceteris v. membris usque ad 4. amphoras, quas ſi ſingulis annis eo, quo decet, modo, vendiderint, non eſt, de quo quis jure conqueri poſſit; cum & hoc ex parte laudatæ Civitatis lubentiſſimâ voluntate indultum, & utrinque conventum ſit, ut ſi quis ex primâ claſſe definitum quantum illud [illegible] fortè in Anno diſtrahere vel non potuerit, vel noluerit, Anno ſequ[illegible] [illegible] reſumere, adeóque duplum vendere liberum ſit; [illegible] quis v. remotioribus annis reliquum repetere haud liceat, ſed ſemper, quot anni etiam ſuperſint, in duplo, nunquam v. in triplo, quadruplo, quantum licitæ diſtractionis conſiſtat: uti hoc pluribus verba tranſactionis declarant: Darauff iſt abgeredet und verglichen/ daß jeder Univerſitäts-Verwanter mit ſeinem/ Jhme ſelbſt-erwachſenen/ wie auch Gült- und ſonſten anderswoher verehrten/ fürnehmlich aber Beſoldung- und Dienſt-Wein/ und was Jhme Jahrs über daran bevor bleibt (welcher Beſoldung-Wein jedoch von der Univerſität zum höchſten/ Jahrs nur auff ein Fueder zu verſtehen) nach ſeiner Gelegenheit/ wann und zu was Zeit Er will handlen/ aber über ſolches von dem auff die Rechnung genommen/ oder ſonſt erkaufften Wein/ ein Profeſſor, Syndicus und Notarius mehr nicht/ als jeden Jahrs dreyſſig Ohmen/ oder zwey Fueder; und ein anderer Univerſitäts-Verwanter/ der nicht Profeſſor iſt/ deß jenigen Weins/ ſo Sie auff Rechnung genommen/ oder ſonſt erkaufft/ zehen Ohmen/ oder vier Eymer/ und weiters nicht außſchencken und verkauffen mögen. Da ſichs dann alſo

